- 25: Arrianos (V.). — *etiam alia eius esse* (V.A.: eius  
et alia esse).

Pag. 59

- 4: Dydimus (V.: Didimus). — (A.: Didymus Al. a parva aetate oculis amissis).
- 5: aelimentorum.
- 7: *geometricam* (V.). — *indigent* (quae = ea quae).
- 10: Matthei.
- 11: Arrianos. — *libros II.*
- 12: *librum I.* — 'et' om. (A.). — in Esaiā.
- 13: thomos (V.: tumos) *XVIII.*
- 14: *libros III.* — *libros V.*
- 15: *in Job, multa alia* (A.) ('et' om.). (V.: 'et' add.)
- 16: degerere. — (A.V.: indicii).
- 17: *LXXXVII* (A.V.: octogesimum tertium).
- 19: Miluitanus (*Milvitanus*).
- 21: adversus. — partes. — (V.: calomniam.)
- 22: *VI.*
- 25: (V.: Achilius). — 'in *Hispania*' om.
- 26: *Lactanti* (V.). A.: scripti sunt.
- 27: odoiporicum (V.: odoeporicum).
- 28: *totius vitae continens statum* ('suae' om.).

Pag. 60.

- 1: κατατορφήν. — peram. — 'et' om. — [*sive περι-  
ραν. Sub . .*]
- 4: 'saepe' om. (V.: sepe). — repulsus.
- 5: ecclesiam. — (V.: ecclesiae.)
- 7: *extant* (V.). — cathesis (V.: κατεκρησις).
- 9: Euzonius. — (V.: Thespeseum). — rethorem (V.:  
rethoricam).
- 10: Nazanzeno (V.: Nanzanzeno).
- 11: (A.: episcopus ordinatus).
- 12: bibliothecam. — Pampyli.
- 14: ecclesiam.
- 17: (V.: Aepiphanius). — (V.: iscripsit).
- 23: (V.: Efrem).
- 26: (A.: eius scripta. — V.: scripta eius).

Pag. 61.

- 1: (A.: quod quidem).  
9: (V.: exaemerum). — (V.: homoelias). — (V.: ετακητικον.)  
10: (V.: brebes. — tractatos).  
13: (V.: Nanzanzenus; A.: Nazanzenus).  
15: (V.: treginta).  
20: (V.: ἴσθη superiscripserunt).  
23: (V.: exámetro versuum).  
24: disserentiam. — *adversum Eunomium libri .II.* (V.: libros duo).  
25: (A.: et de spiritu). — *liber .I.* Juliano.  
26: imperatori. — *liber .I.*  
27: Polimonium dicendi χαρακτηρα. — (A.: Palamonion dicendi caractere. — V.: Polemonis in dicendo caractere. — B.: Polemonium dicendo caractera) [*Polemonium dicendi caractera*]. — vivosque est.  
28: ordenans.  
29: *ferme* (V.: foere).

Pag. 62.

- 2: Arrianae (sic semper, ut V. quoque).  
4: *extant* (V.). — (V.: solemnes).  
8: tharsensis. — Anciochia (V.: anthiociae).  
9: (V.: presbiter) *extant* (V.). — (V.: apostulum).  
11: himesini (V.: emesini). — caracterem (V.). (V.: penetentia).  
12: imitare (cf. Neue Formenl. d. I. Spr. II, pag. 291).  
15: cyzencus (V.: cyzycenus).  
16: suam prorumpens.  
17: fateatur (A.: suae prorumpens blasphem. ut quod alii tegunt, iste publ. fateretur. — V.: suae prorupit blasphemiam ut quod illi tegunt istae publicae fateretur) [*suae prorumpens blasphemiam, ut, quod illi tegunt, iste publice fateatur, usque hodie . . .*].



- 18: Cappadochiam.  
19: *scribere*. — Appollinarius. — Didimus (V.: Dydimus).  
20: Caesarienses. — Nazanzenus (Nanzanzenus). — Nisenus (V.: Nefenus).  
21: 'alter Gregorius' om. (A.B.N.). (V. addit: alter Greg.).  
23: Abylae. — (A.: *Hydati*. — V.: *ydatii*).  
24: *hytacia* (A.: *Ithaci*. — V.: *ythacii*). — Triveris.  
26: *gnusticae*.  
27: Marcionis. — *herinaeus* (V.: *hireneus*).  
28: arguetur.

Pag. 63.

- 2: (V.: Tronianus).  
4: (V.: *cesus*). — Triveris (V.: *triberis*). (V.: *Prescilliano*).  
5: *Euchrocia*. — *isdem* (V.A.N.B.: *eiusdem*).  
6: Extant eius ingenii ('ingenii' errore meo om.). — (V.: *aeditam*).  
8: *Tiberianus hereticus* (V.: *beticus*. — A.: *boeticus*).  
9: (V.: *aphologeticum*).  
10: sermonem.  
11: (V.: *cede tedio*).  
17: (A.: *scripsit*. — V.: *scriuit*).  
18: *adolatio*.  
21: (A.N.: *acris et ferventis*).  
22: *esset presbyter* (A.) — (V.: *presbiter esset*). — *ypotheseson*.  
23: tractatos.  
25: *in sermonem nostrum* (A.). (V.: *in nostrum serm.*)

Pag. 64.

- 2: *Dydimi* (V.: *Didimi*).  
3: *Appollinarem*. — (V.: *multurum*).  
7: *phylosophus* (V.: *philosofus*). — Alexandria.  
8: *Constantinopolim*.  
9: *adversos*.  
10: *mediolanii*. — *principe dedit* (A.: *dedit principi*).

- 12: Nisinus (A.: Emisenus).  
13: *ante paucos annos* (A.). (V.: ante annos paucos).  
17: (V.: *Antiochiae*. — *Eusebi*).  
18: (V.: *compunere*).  
19: *περι ιεροσνχ.* (V.: *περι ιεροσνχστατου*).  
21: *Palestinae* (sic semper). — *Euzonium*.  
22: *accuratae* (V.: *adcurati*).

*Pag. 65.*

- 2: *Theothimus*. (V.: *scyliae*). — (V.: *Thomorum*). — (A.: *Scithimorum*).  
3: (V.: *dialectigorum*, (non: 'dialecticorum'). — *brebes* — *cummaticosque tractatos*). — *commentaticosque* (vel *commentatiosque*).  
4: (A.: *audivi*). — *alios* (V.A.B.N.: *alia*).  
7: *a saeculo* (A.B.V.: *ad saeculum*).  
8: *historia fertur texuisse* (A.V.: *fertur . . . texuisse*).  
10: *Amphylocius* (V.: *Amphilocius*).  
11: *de sancto spiritu*. — *quod deus et adorandus*. (V.A.: *et quod adorandus*).  
12: (A.: *quoque*).  
14: *Soffronius*. — *aprime*. — *Bethleem* (V.: *Betlehem*).  
15: (V.: *Serapi*). — *insigne uolumen*.  
16: *Eustochium* (V.: *Eustocium*; *Eustachium*: *err. typ.*).  
17: *beati Hylarionis* (V.) *monachi* (V.: *monaci*). — [*beati Hilarionis monachi*].  
19: *quos de hebreo in latinum transtulimus* (V.: *quos nos de aebreo vertimus in latinum*).  
21: *Hieronimus*. — *patri*.  
22: *Dalmatia*.  
24: *XIIII*. — (V.: *hec*).  
25: *librum I*.

*Pag. 66.*

- 1: *epist* [*epistulam*] *exhortatoriam*.  
2: *Ortodoxi* (V.). — *χρονικων* (V.: *cronicon*). — *omnimodi* (V.: *omnimode*).

- 3: hierimiam (V.: Geremiam). — Ezechiel (V.: Zechiel). — omelias (V.: homelias). — XXXVIII.
  - 4: Serafim (V.: seraphin).
  - 5: *Susanna* (V.A.B.N.: Osanna). — luxorioso. — (A. addit post 'filiis': de aetate. . .)
  - 6: omelias (V.: homelias).
  - 7: .II. — *de beatae Mariae virginitate* (V.A.B.N.: 'beatae' om.).
  - 8: ('perpetua' in P. non clare script.).
  - 9: *librum .I.* — *consolatoriam de morte* ('consol.' errore meo om.).
  - 11: *libros III.* — in epistula (V.).
  - 12: *tota linea om.*
  - 13: *librum .I.* — Phylimonem (V.: Philimonem).
  - 14: *librum .I.*
  - 15: (V.: aebraicarum). — *Genesis* (V.: Genesi). — *de locis librum I* (N.).
  - 16: hebraicarum. — *librum .I.*
  - 17: Didimi (V.). — *librum .I* (sic semper).
  - 18: omelias (V.: homelias). — 'Origenis' om. (V.: 'Orig.' addit.)
  - 19: a. X. usque ad. XVI. (A.). (V.: a decimo usque ad XVII). — tractatos VII, vitam malci captiui monachi, vitam [*tractatus VII, vitam Malchi, captiui monachi; vitam . . .*].
  - 21: reddedi, *vetus iuxta hebraicum transtuli* (A.B.N.). (V.: 'vetus . . . transtuli' om.).
  - 22: *cotidie* (A.: cottidie, V.: cottidiae).
  - 24: Soffoniam.
  - 27: *explicita* (V.A.B.N.: expleta).
- Huc usque catalogus beati hieronimi prbi. Caetera quae secuntur a gennadio sunt adiecta prbo.
-

PRAEFATIO AD DEXTRUM, PRAETORIO  
PRAEFECTUM.

Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram et, quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit inlustribus, ego in nostris hoc faciam, id est, ut a passione Christi usque ad quartum decimum Theodosii imperatoris annum omnes qui de scripturis sanctis memoriae aliquid tradiderunt tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, et, ad cuius nos exemplum provocas, Tranquillus. ✓

Sed non est mea et illorum similis condicio. Illi enim historias veteres annalesque replicantes potuerunt quasi de ingenti prato non parvam opusculi sui coronam texere. Ego, quid acturus, qui nullum praevium sequens pessimum ut dicitur magistrum memet ipsum habeo? Quamquam et Eusebius Pamphili in decem ecclesiasticae historiae libris maximo nobis adiumento

1 Veron. et Bamb.: hortaris me 7 alii: prodiderunt  
12 Bamb.: vis provocare; Bern. et Norimb.: vis cogere me et  
provocare 15 non deest in Bamb. et Bern. et Norimb.  
18 = ὁ Παμφίλου

fuerit et singulorum de quibus scripturi sumus volumina aetates auctorum suorum saepe testentur.

Itaque Dominum Iesum Christum precor, ut, quod Cicero tuus, qui in arce Romanae eloquentiae stetit, non est facere dedignatus in Bruto oratorum linguae latinae texens catalogum, id ego in ecclesiae eius scriptoribus enumerandis digne cohortatione tua impleam. Si qui autem de his qui usque hodie scriptitant a me in hoc volumine praetermissi sunt, sibi magis quam  
10 mihi imputare debebunt.

Neque enim celantes scripta sua de his, quae non legi, nosse potui, et quod aliis forsitan notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii  
15 dispendia suspirabunt.

Discant igitur Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi adversus Christum canes, discant sectatores eorum qui putant ecclesiam nullos philosophos et eloquentes, nullos habuisse doctores, quanti et quales viri fundaverint extruxerint adornaverint et desinant fidem nostram rusticae tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam cognoscant.

Vale in Domino Iesu Christo.

Incipiunt breves.

- 25 *Incipit* I. Simon Petrus.  
II. Iacobus frater Domini.  
III. Matthaesus qui et Levi.  
IV. Iudas frater Iacobi.  
V. Paulus qui ante Saulus.

3 Vat.: Dominum Iesum; Bamb. et Bern.: d. nostrum J. Chr.; Norimb.: Dominum meum I. Chr. 4 Norimb.: arte  
13 Vat.: incognitum 20 Bamb. et Bern. et Norimb.: instruxerint 22 Bamb. et Bern. et Norimb.: recognoscant 23 haec salutatio deest in Bamb.

|          |                                    |    |
|----------|------------------------------------|----|
| VI.      | Barnabas qui et Joseph.            |    |
| VII.     | Lucas evangelista.                 |    |
| VIII.    | Marcus evangelista.                |    |
| IX.      | Iohannes apostolus et evangelista. |    |
| X.       | Hermes.                            | 5  |
| XI.      | Philon Judaeus.                    |    |
| XII.     | Lucius Anneus Seneca.              |    |
| XIII.    | Iosephus Matthiae filius.          |    |
| XIV.     | Iustus Tiberiensis.                |    |
| XV.      | Clemens episcopus.                 | 10 |
| XVI.     | Ignatius episcopus.                |    |
| XVII.    | Polycarpus episcopus.              |    |
| XVIII.   | Papias episcopus.                  |    |
| XIX.     | Quadratus episcopus.               |    |
| XX.      | Aristides philosophus.             | 15 |
| XXI.     | Agrippa Castoris.                  |    |
| XXII.    | Hegisippus historicus.             |    |
| XXIII.   | Iustinus philosophus.              |    |
| XXIV.    | Melito episcopus.                  |    |
| XXV.     | Theophilus episcopus.              | 20 |
| XXVI.    | Apollinaris episcopus.             |    |
| XXVII.   | Dionysius episcopus.               |    |
| XXVIII.  | Pinitus episcopus.                 |    |
| XXIX.    | Tatianus haeresiarches.            |    |
| XXX.     | Philippus episcopus.               | 25 |
| XXXI.    | Musanus.                           |    |
| XXXII.   | Modestus.                          |    |
| XXXIII.  | Bardesanes haeresiarches.          |    |
| XXXIV.   | Victor episcopus.                  |    |
| XXXV.    | Irenaeus episcopus.                | 30 |
| XXXVI.   | Pantaenus philosophus.             |    |
| XXXVII.  | Rhodon Tatiani discipulus.         |    |
| XXXVIII. | Clemens presbyter.                 |    |

16 Bern.: cognomine Castoris; Norimb.: cognomento Casto-  
 is 26 Vat.: Musanus episcopus 27 Vat.: Modestus episco-  
 us 30 Vat.: Hireneus; Norimb.: Hyreneus

- XXXIX. Miltiades.  
XL. Apollonius.  
XLI. Serapion episcopus.  
XLII. Apollonius senator.  
5 XLIII. Theophilus alius episcopus.  
XLIV. Baccylus episcopus.  
XLV. Polycrates episcopus.  
XLVI. Heraclitus.  
XLVII. Maximus.  
10 XLVIII. Candidus.  
XLIX. Appion.  
L. Sextus.  
LI. Arabianus.  
LII. Iudas.  
15 LIII. Tertullianus presbyter.  
LIV. Origenes qui et Adamantius.  
LV. Ammonius.  
LVI. Ambrosius diaconus.  
LVII. Tryphon Origenis discipulus.  
20 LVIII. Minucius Felix.  
LIX. Gajus.  
LX. Berillus episcopus.  
LXI. Hippolytus episcopus.  
LXII. Alexander episcopus.  
25 LXIII. Iulius Africanus.  
LXIV. Geminus presbyter.  
LXV. Theodorus qui et Gregorius, episcopus  
LXVI. Cornelius episcopus.  
LXVII. Cyprianus episcopus.  
30 LXVIII. Pontius diaconus.  
LXIX. Dionysius episcopus.  
LXX. Novatianus haeresiarches.  
LXXI. Malchion presbyter.  
LXXII. Archelaus episcopus.

8 al.: Heraclitus episcopus    17 al.: Ammonius prest

|           |                                     |    |
|-----------|-------------------------------------|----|
| LXXIII.   | Anatolius episcopus.                |    |
| LXXIV.    | Victorinus episcopus.               |    |
| LXXV.     | Pamphilus presbyter.                |    |
| LXXVI.    | Pierius presbyter.                  |    |
| LXXVII.   | Lucianus presbyter.                 | 5  |
| LXXVIII.  | Phileas episcopus.                  |    |
| LXXIX.    | Arnobius rhetor.                    |    |
| LXXX.     | Firmianus rhetor qui et Lactantius. |    |
| LXXXI.    | Eusebius episcopus.                 |    |
| LXXXII.   | Reticius episcopus.                 | 10 |
| LXXXIII.  | Methodius episcopus.                |    |
| LXXXIV.   | Iuvenus presbyter.                  |    |
| LXXXV.    | Eustathius episcopus.               |    |
| LXXXVI.   | Marcellus episcopus.                |    |
| LXXXVII.  | Athanasius episcopus.               | 15 |
| LXXXVIII. | Antonius monachus.                  |    |
| LXXXIX.   | Basilus episcopus.                  |    |
| XC.       | Theodorus episcopus.                |    |
| XCI.      | Eusebius alius episcopus.           |    |
| XCII.     | Triphilius episcopus.               | 20 |
| XCIII.    | Donatus haeresiarches.              |    |
| XCIV.     | Asterius philosophus.               |    |
| XCV.      | Lucifer episcopus.                  |    |
| XCVI.     | Eusebius alius episcopus.           |    |
| XCVII.    | Fortunatianus episcopus.            | 25 |
| XCVIII.   | Acacius episcopus.                  |    |
| XCIX.     | Serapion episcopus.                 |    |
| C.        | Hilarius episcopus.                 |    |
| CI.       | Victorinus rhetor.                  |    |
| CII.      | Titus episcopus.                    | 30 |
| CIII.     | Damasus episcopus.                  |    |
| CIV.      | Apollinaris episcopus.              |    |
| CV.       | Gregorius episcopus.                |    |
| CVI.      | Pacianus episcopus.                 |    |
| CVII.     | Photinus haeresiarches.             | 35 |
| CVIII.    | Phebadius episcopus.                |    |



- CIX. Didymus ὁ βλέπων.  
CX. Optatus episcopus.  
CXI. Acilius Severus senator.  
5 CXII. Cyrillus episcopus.  
CXIII. Euzoius episcopus.  
CXIV. Epiphanius episcopus.  
CXV. Ephrem diaconus.  
CXVI. Basilius alius episcopus.  
CXVII. Gregorius alius episcopus.  
10 CXVIII. Lucius episcopus.  
CXIX. Diodorus episcopus.  
CXX. Eunomius haeresiarches.  
CXXI. Priscillianus episcopus.  
CXXII. Latronianus.  
15 CXXIII. Tiberianus.  
CXXIV. Ambrosius episcopus.  
CXXV. Euagrius episcopus.  
CXXVI. Ambrosius Didymi discipulus.  
CXXVII. Maximus ex philosopho episcopus  
20 CXXVIII. Gregorius alius episcopus.  
CXXIX. Iohannes presbyter.  
CXXX. Gelasius episcopus.  
CXXXI. Theotimus episcopus.  
CXXXII. Dexter Pacatiani, nunc praefectus praetorio.  
25 CXXXIII. Amphilochius episcopus.  
CXXXIV. Sophronius.  
CXXXV. Hieronymus presbyter.

---

*Cap. I.*

Simon Petrus, filius Iohannis, provinciae Galilaeae e vico Bethsaida, frater Andreae apostoli et princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiae et praedicationem dispersionis eorum qui de

1 Norimb.: Didymus cecus

circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia, secundo Claudi anno ad expugnandum Simonem magum Romam pergit ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit usque ad ultimum Neronis annum, id est, quartum decimum. 5

A quo et adfixus cruci martyrio coronatus est capite ad terram verso et in sublime pedibus elevatis asserens se indignum qui sic crucifigeretur, ut Dominus suus. Scripsit duas epistulas, quae catholicae nominantur; quarum secunda a plerisque eius negatur 10 propter stili cum priore dissonantiam. Sed et evangelium iuxta Marcum, qui auditor eius et interpres fuit, huius dicitur. Libri autem, e quibus unus actorum eius inscribitur, alius evangelii, tertius praedicationis, quartus ἀποκαλύψεως, quintus iudicii inter apocryphas 15 scripturas repudiantur. Sepultus Romae in Vaticano iuxta viam triumphalem totius orbis veneratione celebratur.

### Cap. II.

Iacobus qui appellatur frater Domini, cognomento 20 Iustus, ut nonnulli existimant, filius Ioseph, ut autem mihi videtur, Mariae, sororis matris Domini, cuius Iohannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistulam, quae de 25 septem catholicis est, quae et ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.

Hegesippus vicinus apostolicorum temporum in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans ait: 30  
Suscepit ecclesiam Hierosolymae post apostolos frater

10 al.: esse eius. cf. cap. V: non eius creditor 11 Vat.: dissonantia 13 Norimb.: itinerarii 16 Bamb.: reputantur 21 filius deest in Bamb. et Bern., qui habent post uxore: eum genuisse 26 Vat. et Norimb.: canonicis 31 Bamb. et Norimb.: Hierosolymorum

Domini, Iacobus, cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi vocabantur, hic de utero matris sanctus fuit, vinum et sicera non bibit, carnem nullam comedit, nunquam adtonsus est nec unctus est ungento nec  
 5 usus balneo. Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum; siquidem vestibis laneis non utebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur in templum et fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum ut camelorum duritiam traxisse eius genua crederentur.' Dicit  
 10 et alia multa quae enumerare longum est. Sed et Iosephus in vicesimo libro Antiquitatum refert et Clemens in septimo *Ἐποικλώσεων*, mortuo Festo, qui Indaeam regebat, missum esse a Nerone successorem eius Albinum. Qui cum necdum ad provinciam per-  
 15 venisset, Ananus pontifex, adulescens Anani filius, de genere sacerdotali accepta occasione *ἀναρχίας* concilium congregavit et compellens publice Iacobum, ut Christum, Dei filium, denegaret, contradicentem lapidari iussit. Qui praecipitatus de pinna templi con-  
 20 fractis cruribus cum adhuc semianimis tollens ad caelum manus diceret: 'Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt', fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit idem Iosephus tantae eum sanctitatis fuisse et cele-  
 25 britatis in populo, ut propter eius necem creditum sit subversam Hierosolimam. Hic est de quo et apostolus Paulus scribit ad Galatas: 'alium autem apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini'; et apostolorum super hoc crebrius acta testantur, et  
 30 evangelium quoque quod appellatur secundum Hebraeos

3 — τὸ σίκερα (alii: siceram) 4 in Bamb. et Norimb.:  
 est deest; alii: fuit 5 Bamb.: hic solitus erat 10 Vat.: hoc  
 loco: esset; aliis: longum est 12 Vat.: mortuo inquit Festo  
 15 Bamb. et Norimb.: Anianus — Aniani; Vat.: Ananias —  
 Anani 25 Vat.: in populos 27 cf. Gal. 1, 19 29 cf.  
 Act. 1, 13, 22, 17, 15, 13

et a me nuper in graecum sermonem latinumque translatum est, quo et Adamantius saepe utitur, quod post resurrectionem Salvatoris refert: 'Dominus autem cum dedisset sindonem servo sacerdotis, iivit ad Iacobum et apparuit ei — iuraverat enim Iacobus se non comensurum panem ab illa hora qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem a dormientibus —; rursusque post paululum, 'afferte, ait Dominus, mensam et panem'. Statimque additur: Tulit panem et benedixit ac fregit et dedit Iacobo Iusto et dixit ei: 'frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis a dormientibus'. Triginta itaque annis Hierosolymae rexit ecclesiam, id est, usque ad septimum Neronis annum, et iuxta templum, ubi et praecipitatus fuerat, sepultus titulum usque ad obsidionem Titi et ultimam Adriani notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti eum conditum putant, sed falsa eorum opinio est.

### Cap. III.

Matthaeus qui et Levi, ex publicano apostolus, primus in Iudaea propter eos qui ex circumcissione crediderunt evangelium Christi hebraeis litteris verbisque composuit; quod quis postea in graecum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum hebraicum habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca, quam Pamphilus studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazaraeis qui in Veria, urbe Syriae, hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. In quo animadvertendum quod ubicumque evangelista sive ex persona sua sive ex Domini Salvatoris veteris scripturae testimoniis abu-

2 al.: Origenes (= Adamantius) al.: Evangelium quoque . . . refert 4 Norimb.: ibat 5 Bamb. et Norimb: commensurum 10 Bamb. et Norimb.: et post 12 Vat.: triginta et 23 Vat.: qui 26 Bamb. et Norimb.: Pamphilus martyr; Bamb.: confecit et ornavit 27 Bamb.: beroea; Norimb.: hebreca

titur, non sequitur septuaginta translatorum auctoritatem, sed hebraicam. E quibus illa duo sunt: 'ex Aegypto vocavi Filium meum', et, 'quoniam Nazaraeus vocabitur.'

5

*Cap. IV.*

Iudas, frater Iacobi, parvam quae de septem catholicis est epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, assumit testimonium, a plerisque reicitur. Tamen auctoritatem vetustate iam et usu  
10 mernit et inter sanctas scripturas computatur.

*Cap. V.*

Paulus apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim apostolorum de tribu Benjamin et oppido Judaeae Giscalis fuit, quo a Romanis capto cum  
15 parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit. A quibus ob studia legis missus Hierosolymam a Gamaliele, viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani et acceptis a pontifice templi epistulis ad persequendos eos qui Christo  
20 crediderant Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem quae in actis apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cumque primum ad praedicationem eius Sergius Paulus, proconsul Cypri, credidisset, ab eo, quod eum Christi fidei subiecerat,  
25 sortitus est nomen et juncto sibi Barnaba multis urbibus peragratis revertens Hierosolymam a Petro, Iacobo et Iohanne gentium apostolus ordinatur. Et quia in actis apostolorum plenissime de eius conversatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem

6 Bamb.: parvam unam; Norimb.: unam parvam 8 Bamb. et Norimb.: in ea assumit 10 Bamb. et Bern. et Norimb.: ut — computetur 14 Vat.: Giscalis; Norimb.: Giscali 18 in Vat. et deest 21 Bamb. et Norimb. et Bern: actibus 24 al.: subegerat 26 Vat. et Bern et Norimb.: revertensque

Domini XXV anno, id est, secundo Neronis eo tempore quo Festus, procurator Iudaeae, successit Felici, Romam vincetus mittitur et biennium in libera manens custodia adversum Iudaeos de adventu Christi cottidie disputavit. Sciendum autem in prima satisfactione necdum Neronis imperio roborato nec in tanta erumpente scelera quanta de eo narrant historiae, Paulum a Nerone dimissum, ut evangelium Christi in Occidentis quoque partibus praedicaretur, sicut ipse scribit in secunda ad Timotheum eo tempore quo et passus est, et de vinculis dictat epistulam: 'In prima mea satisfactione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt; non eis imputetur. Deus autem mihi adfuit et confortavit me, ut per me praedicatio completeretur et audirent omnes gentes, et liberatus sum de ore leonis', manifestissime leonem propter crudelitatem Neronem significans. Et in sequentibus: 'liberavit me Dominus ab omni opere malo et salvum me fecit in regno suo caelesti', quod scilicet praesens sibi sentiret imminere martyrium. Nam in eadem epistula praemiserat: 'ego enim iam immolor et tempus resolutionis meae instat.' Et hic ergo quarto decimo anno Neronis eodem die, quo Petrus, Romae pro Christo capite truncatur, sepultusque est in via ostiensi anno post passionem Domini XXXVII.

Scrpsit autem novem ad VII ecclesias epistulas: ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas; praeterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Phile-

4 Bamb.: disputabat 9 Norimb.: scripsit Bamb. et Norimb.: in sec. epistula cf. Tim. 4, 16 11 Norimb.: dictavit 16 Bamb. et Norimb. et Bern.: et in sequentibus: liberavit me Deus de ore leonis. Et statim: liberavit me Deus ab omni opere malo et salvavit in regnum suum caeleste. Alii legunt pro liberavit et salvavit: liberabit et salvabit cf. Migne. 24 Bamb. ostensi; Vat.: hostensi

moni unam. Epistula autem quae fertur ad Hebraeos, non eius creditur propter stili sermonisque dissonantiam, sed vel Barnabae juxta Tertullianum, vel Lucae evangelistae iuxta quosdam, vel Clementis, romanae  
5 postea ecclesiae episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse et ornasse sermone vel certe, quia Paulus scribebat ad Hebraeos et propter invidiam  
10 id est, suo eloquio disertissime — ea quae eloquenter scripta sunt in hebraeo, et eloquentius vertisse in graecum et hanc esse causam, quod a ceteris Pauli epistulis discrepare videatur.

Legunt quidam Laodicenses, sed ab omnibus ex-  
15 ploditur.

### Cap. VI.

Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus unam ad aedificationem ecclesiae pertinentem epistulam composuit, quae  
20 inter apocryphas scripturas legitur. Hic postea propter Iohannem discipulum, qui et Marcus vocabatur, separatus a Paulo nihilo minus evangelicae praedicationis iniunctum sibi opus exercuit.

### Cap. VII.

25 Lucas, medicus Antiochensis, ut eius scripta indicant, graeci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli et omnis eius peregrinationis comes, scripsit evangelium, de quo idem Paulus: 'misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus in evangelio per omnes

2 Vat.: dissonantia      6 hoc loco alii aliter scribunt cf. Migne  
11 Bamb. et Norimb.: fuerant et deest in al.  
14 Norimb.: et ad Laodicenses; Bamb.: epistolam et ad L.  
20 Vat.: inter apocrypha      28 cf. 2 Cor. 8, 18      29 Bamb. et Norimb.: laus est

ecclesias', et ad Colossenses 'salutat vos Lucas medicus carissimus'; et ad Timotheum: 'Lucas est mecum solus'. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo apostolicarum *πράξεων* prae-notavit, cuius historia usque ad biennium Romae commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum decimum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum. Igitur *περιόδους* Pauli et Theclae et totam baptizati leonis fabulam inter apocrypha computemus. Quale enim est, ut individuus comes apostoli inter ceteras eius res hoc solum ignoraverit? Sed et Tertullianus, vicinus illorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia, *σπουδαστήν* apostoli Pauli, convictum apud Johannem, quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse et loco excidisse.

Quidam suspicantur, quotiescumque Paulus in epistulis suis dicat 'iuxta evangelium meum', de Lucae significare volumine et Lucam non solum ab apostolo didicisse evangelium, qui cum Domino in carne non fuerit, sed et a ceteris apostolis. Quod ipse quoque in principio voluminis sui declarat dicens: 'sicut traderunt nobis qui a principio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis.' Igitur evangelium, sicut audierat, scripsit; acta vero apostolorum, sicut viderat ipse, composuit. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem vicesimo Constantii anno ossa eius cum reliquiis Andreae apostoli translata sunt.

1 Coloss. 4, 14    2 Bamb. et Bern et Norimb.: carissimus meus    cf. 2 Tim. 4, 11    4 et Bern. et Norimb. et Bamb.: prae-notatur    9 Bamb. et Norimb.: apocryphas scripturas; Bern. et Norimb.: computamus    10 Bamb.: quod    15 Bamb.: et hoc loco; Norimb.: et de loco    17 Bamb.: ipsum Lucae significare volumen    18 alii: apostolo Paulo    20 alii: fuerat    25 Vat. et Bamb.: Constantinopolim



*Cap. VIII.*

Marcus, discipulus et interpres Petri juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romae a fratribus breve scripsit evangelium. Quod cum Petrus audisset, 5 probavit et ecclesiis legendum sua auctoritate edidit, sicut scribunt Clemens in sexto *ὑποτυπώσεων* libro et Papias Hierapolitanus episcopus. Meminit huius Marci et Petrus in prima epistula sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: 'salutat vos ecclesia 10 quae est in Babylone coëlecta et Marcus, filius meus'. Assumpto itaque evangelio quod ipse confecerat perrexit Aegyptum et primum Alexandriae Christum adnuncians constituit ecclesiam tanta doctrina et vitae continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. 15 Denique Philon, disertissimus Iudaeorum, videns Alexandriae primam ecclesiam adhuc iudaizantem quasi in laudem gentis suae et super eorum conversatione scripsit, et quomodo Lucas narrat Hierosolymae credentes omnia habuisse communia, sic ille Alexandriae 20 sub Marco doctore fieri cernebat memoriaeque tradidit. Mortuus est autem octavo Neronis anno et sepultus Alexandriae.

*Cap. IX.*

Iohannes apostolus, quem Iesus amavit plurimum, 25 filius Zebedaei et frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollavit, novissime omnium scripsit evangelium, rogatus ab Asiae episcopis, adversus Cerinthum aliosque haereticos et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum 30 ante Mariam non fuisse. Unde etiam compulsus est

4 Vat.: quodcumque      8 Bamb. et Norimb.: epist. sua  
9 cf. 1. Petr. 1, 5, 13    10 al.: collecta; Vat.: cumelecta    18 al.:  
'et' non habent      19 al.: sic et ille quod . . . cernebat, me-  
moriae tradidit      22 al. addunt: succedente sibi Aniano  
(Anano)      26 al.: novissimus

divinam eius nativitatem dicere. Sed et aliam causam huius scripturae ferunt, quod, cum legisset Matthaei, Marci et Lucae volumina, probaverit quidem textum historiae et vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni in quo et passus est post carcerem 5 Iohannis, historiam texuisse. Praetermisso itaque anno, cuius acta a tribus fuerant exposita, superioris temporis, antequam Iohannes clauderetur in carcerem, gesta narravit, sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quattuor evangeliorum volumina legerint. 10

Quae res et *διαφώνιαν*, quae videtur Iohannis esse cum ceteris, tollit. [scripsit autem] et unam epistulam cuius exordium est: 'quod fuit ab initio, quod audivimus et oculis nostris quod perspeximus et manus nostrae tractaverunt de verbo vitae', quae ab 15 universis ecclesiasticis et eruditis viris probatur. Reliquae autem duae quarum principium est: 'senior electae dominae et natis eius' et sequentis: 'senior Caio carissimo quem ego diligo in veritate', Iohannis presbyteri asseruntur, cuius et hodie alterum sepulcrum apud 20 Ephesum ostenditur; et nonnulli putant duas memorias eiusdem Iohannis evangelistae esse; super qua re cum ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, disseremus. Quarto decimo igitur anno secundam post Neronis persecutionem movente Domitiano in Patmos insulam 25 relegatus scripsit Apocalypsin, quam interpretantur Justinus martyr et Irenaeus.

Interfecto autem Domitiano et actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis sub Nerva

1 Bamb. et Norimb.: edicere 12 haec verba desunt in Vat. 14 Bamb. et Norimb. et Bern.: oculis nostris vidimus 15 Bamb.: temptaverunt; al.: contrectaverunt 20 Vat.: hodieque 22 alii addunt post cum: per ordinem 23 Vat.: aditorem 24 al.: secundum Bamb. et Norimb.: post Neronem 25 Vat.: Paphos 26 Norimb.: quam interpretationem — secuti sunt 29 ita (Bamb.); et Norimb. Vat.: sub pertinace

pertinace redit Ephesum ibique usque ad Traianum principem perseverans fundavit et erexit ecclesias confectusque senio et sexagesimo octavo post passionem Domini anno mortuus iuxta eandem urbem sepultus est.

5

*Cap. X.*

Herman, cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: 'salutate Asyncritum, Phlegontem, Patroban, Herman et qui cum iis sunt fratres', asserunt auctorem esse libri qui appellatur 'Pastor' et apud 10 quasdam Graeciae ecclesias etiam publice legitur, re vera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia, sed apud latinos paene ignotus est.

*Cap. XI.*

15 Philo Iudaeus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum idcirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci evangelistae apud Alexandriam ecclesia scribens in nostrorum laude versatus est non solum eos ibi, sed in multis quoque 20 provinciis esse memorans et habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet talem primum Christo credentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi imitantur et cupiunt, ut nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper, patrimoniam egentibus dividantur, orationi vacetur et psalmis, doctrinae 25 quoque et continentiae, quales et Lucas refert primum Hierosolymae fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caligula Romae periclitatum, quo legatus gentis suae missus erat; cum secunda vero vice venisset ad Claudium, in eadem urbe locutum fuisse cum apostolo 30 Petro eiusque habuisse amicitias et ob hanc causam

2 al.: rexit 6 cf. Rom. 16, 14 22 Bamb. et Bern. et Norimb.: esse imitantur 27 al.: Gaio Caligula 28 vero in al. deest

etiam Marci, discipuli Petri apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus suis. Exstant huius praeclara et innumerabilia opera in quinque libros Moysi: de confusione linguarum liber unus, de natura et inventione liber unus, de his quae sensu precamur et detestamur 5 liber unus, de eruditione liber unus, de herede divinarum rerum liber unus, de divisione aequalium et contrariorum liber unus, de tribus virtutibus liber unus, quare quorundam in scripturis mutata sint nomina, liber unus, de pactis libri duo, de vita 10 sapientis liber unus, de gigantibus liber unus, quod somnia mittantur a Deo libri quinque, quaestionum et solutionum in Exodum libri quinque, de tabernaculo et decalogo libri quattuor, necnon de victimis et re- missionibus sive maledictis, de providentia, de Iudaeis, 15 de conversatione vitae, de Alexandro, et quod propriam rationem muta habeant, et quod omnis insipiens servus sit, et de vita nostrorum, de quo supra diximus, id est, de apostolicis viris, quem et inscripsit *περὶ βίον θεωρητικῶν ἱκετῶν*, quod videlicet caelestia contemplantur 20 et semper orent Deum, et sub aliis indicibus de agricultura libri duo, de ebrietate libri duo. Sunt et alia eius monumenta ingenii, quae in nostras manus non pervenerunt. De hoc vulgo apud Graecos dicitur: ἢ Πλάτων φιλωνίξει ἢ Φίλων πλατωνίξει, id est, aut Plato Philo- 25 nem sequitur aut Platonem Philo: tanta est similitudo sensuum et eloquii.

Cap. XII.

Lucius Annaeus Seneca Cordubensis, Sotionis stoici discipulus et patruus Lucani poetae, continen-

4 Bamb.: de inventione naturae 5 Bamb. et Bern. et Norimb.: testatur 9 haec desunt in Vat. 14 Bamb. et Bern. et Norimb.: necnon et Vat.: remissionibus 16 Bamb. et Bern.: de A. dicente 17 Bamb. et Bern.: muta animalia; Norimb.: alia muta 22 haec desunt in Vat. 27 Bamb.: eloquii apud graecos

tissimae vitae fuit; quem non ponerem in catalogo sanctorum, nisi me illae epistolae provocarent, quae leguntur a plurimis Pauli ad Senecam aut Senecae ad Paulum. In quibus, cum esset Neronis magister et  
5 illius temporis potentissimus, optare se dicit eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium quam Petrus et Paulus martyrio coronarentur, a Nerone interfectus est.

*Cap. XIII.*

- 10 Iosephus, Matthiae filius, ex Hierosolymis sacerdos a Vespasiano captus cum Tito, filio eius, relictus est. Hic Romam veniens septem libros iudaicae captivitatis imperatoribus patri filioque obtulit, qui et bibliothecae publicae traditae sunt, et ob ingenii gloriam statuum  
15 quoque Romae meruit. Scripsit autem et alios viginti Antiquitatum libros ab exordio mundi usque ad quartum decimum Domitiani Caesaris et duos ἀρχαιότητος adversus Appionem grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium contra  
20 Philonem etiam librum vituperationem gentis iudaicae continentem scripserat. Alius quoque liber eius, qui inscribitur περὶ ἀντοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo et Macchabaeorum digesta martyria. Hic in octavo Antiquitatum libro manifestissime con-  
25 fitetur propter magnitudinem signorum Christum a pharisaeis interfectum et Iohannem baptistam vere prophetam fuisse et propter interfectionem Iacobi apostoli Hierosolymam dirutam. Scripsit autem de Domino in hunc modum: 'eodem tempore fuit Jesus, 30 sapiens vir, si tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilem patratorem operum et doctor eorum qui

3 Bamb. et Norimb.: et 15 Bamb. et Bern. et Norimb.:  
viginti quattuor 16 al.: usque ad annum 23 al.: sunt  
digesta 24 Bamb.: octavo decimo; Norimb.: decimo octavo

libenter vera suscipiunt; plurimos quoque tam de Iudaeis quam de gentilibus habuit sectatores et credebatur esse Christus. Cumque invidia nostrorum principum cruci eum Pilatus adfixisset, nihilominus qui primum dilexerant, perseverarunt. Apparuit enim <sup>5</sup> eis tertia die vivens. Multa et haec et alia mirabilia carminibus prophetarum de eo vaticinantibus et usque hodie Christianorum gens ab hoc sortita vocabulum non defecit'.

*Cap. XIV.*

10

Iustinus Tiberiensis de provincia Galilaea conatus est et ipse iudaicarum rerum historiam texere et quosdam commentariolos de Scripturis. Sed hunc Iosephus arguit mendacii. Constat autem illum eodem tempore scripsisse quo et Iosephus.

15

*Cap. XV.*

Clemens de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait: 'cum Clemente et ceteris cooperatibus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitae', quartus post Petrum Romae episcopus, si quidem <sup>20</sup> secundus Linus fuit, tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum secundum post apostolum Petrum putent fuisse Clementem.

Scripsit ex persona ecclesiae romanae ad ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistulam et quae in nonnullis locis etiam publice legitur, quae mihi videtur <sup>25</sup> characteri epistulae, quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire; sed et multis de eadem epistula non solum sensibus, sed iuxta verborum quoque ordinem

2 al.: gentis sui; Norimb.: gentibus sui    4 Bamb.: addixisset; Norimb.: addidisset    5 Bamb. et Bern.: perseverarunt in fide    13 Bamb.: descripsit    18 cf Phil. 4, 3  
21 Vat.: Cletus

abutitur; et omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur et secunda ex eius nomine epistula, quae a veteribus reprobatur, et disputatio Petri et Appionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio  
5 ecclesiasticae historiae volumine coarguit. Obiit tertio Traiani anno, et nominis eius memoriam usque hodie Romae exstructa ecclesia custodit.

*Cap. XVI.*

Ignatius, Antiochenae ecclesiae tertius post Pe-  
10 trum apostolum episcopus, persecutionem commovente Traiano damnatus ad bestias Romam vincetus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Iohannis, episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, ter-  
15 tiam ad Trallenses, quartam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelphinos et ad Smyrnaeos et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem ecclesiam, in qua et de evangelio, quod nuper a me translatum est, super persona Christi po-  
20 nit testimonium dicens: 'ego vero post resurrectionem in carne eum vidi et credo, quia sit'; et quando venit ad Petrum et ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: 'ecce palpate me et videte me, quia non sum daemonium incorporale'. Et statim tetigerunt eum et cre-  
25 diderunt.

Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistula eius quam ad Romanos scripsit pauca ponere: 'de Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari et in terra, nocte et die,  
30 ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt, quibus et cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem mea eorum meam doctrinam est, sed non idcirco iustificatus sum. Utinam fruar bestiis

quae mihi sunt praeeparatae, quas et oro veloces esse mihi ad interitum et alliciam ad comedendum me, ne, sicut aliorum martyrum, non audeant corpus meum adtingere. Quodsi venire noluerint, ego vim faciam, ut devorer. Ignoscite mihi, filioli; quid mihi prosit, 5 ego scio. Nunc incipio esse discipulus. nihil de his quae videntur desiderans, ut Iesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiae, confractio ossium membrorumque divisio et totius corporis contritio et tota tormenta diaboli in me veniant, tantum ut Christo fruatur. 10

Cumque iam damnatus esset ad bestias et ardore patiendi rugientes audiret leones, ait: 'frumentum Christi sum; dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar'.

Passus est anno undecimo Traiani, et reliquiae 15 corporis eius in Antiochia iacent extra portam daphniticam in cimiterio.

### Cap. XVII.

Polycarpus, Iohannis apostoli discipulus et ab eo Smyrnae episcopus ordinatus, totius Asiae episcopus princeps fuit, quippe qui nonnullos apostolorum et eorum qui Dominum viderant, magistros habuerit et viderit. Hic propter quasdam de die paschae quaestiones sub imperatore Antonino Pio, ecclesiam in urbe regente Aniceto, Romam venit, ubi plurimos credentium Marcionis et Valentini persuasione deceptos reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obvius fuisset Marcion et diceret: 'cognosce nos' respondit: 'cognosco primogenitum diaboli'. Postea vero regnante Marco Antonino et Lucio Aurelio Commodo, quarta post 30

1 esse deest in Vat. 3 'meum' deest in Vat. 4 Bamb. et Norimb. addunt: ego me ingeram 17 Vat.: cymiterio; al.: coemeterio 20 al. 'episcopus' non habent 23 al.: super die; Vat.: diei 27 al.: obviam



Neronem persecutione, Smyrnae sedente proconsule et universo populo in amphitheatro adversus eum personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippenses valde utilem epistulam, quae usque hodie in Asiae  
5 conventu legitur.

*Cap. XVIII.*

Papias, Iohannis auditor, Hierapolitanus in Asia episcopus, quinque tantum scripsit volumina, quae praenotavit: *Explicatio sermonum Domini*. In quibus  
10 cum se in praefatione asserat non varias opiniones sequi, sed apostolos habere auctores, ait: 'considerabam quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacob, quid Matthaeus vel alius quilibet discipulorum Domini, quid etiam Aristion  
15 et senior Iohannes, discipuli Domini loquerentur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox et usque hodie in suis auctoribus personans.' Ex quo apparet de ipso catalogo nominum, alium esse Iohannem qui inter apostolos ponitur, et alium seniore  
20 Iohannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem dicimus propter superiorem opinionem, quae a plerisque retulimus traditum duas posteriores epistulas Iohannis non apostoli esse, sed presbyteri. Hic dicitur annorum mille iudaicam edidisse *δευτέρωσιν*.  
25 Quem secuti sunt Irenaeus et Apollinaris et ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum.

Tertullianus quoque in libro de Spe fidelium et Victorinus Pitabionensis et Lactantius hac opinione  
30 ducuntur.

4 Bamb.: in Asia conventui 13 alii addunt: quid Iohannes 15 Vat.: loquerebantur; al.: loquebantur 18 Bern. et Norimb.: ex; Bamb.: in 21 Bamb.: quam a plerisque retulimus traditam 23 esse deest in Vat. 29 Bamb. et Norimb.: Pictavionensis Norimb.: in hanc opinionem

*Cap. XIX.*

Quadratus, apostolorum discipulus, Publio, Athenarum episcopo, ob Christi fidem martyrio coronato in locum eius substituitur et ecclesiam grandi terrore dispersam fide et industria sua congregat. Cum- 5 que Hadrianus Athenis exegisset hiemem invisens Eleusinam et omnibus paene Graeciae sacris initiatus dedisset occasionem his qui Christianos oderant absque praecepto imperatoris vexare credentes, porrexit ei librum pro nostra religione compositum valde necessarium plenumque rationis et fidei et apostolica 10 doctrina dignum. In quo et antiquitatem suae aetatis ostendens ait plurimos a se visos, qui sub Domino variis in Iudaea oppressi calamitatibus sanati fuerant, et qui a mortuis resurrexerant. 15

*Cap. XX.*

Aristides Atheniensis, philosophus eloquentissimus et sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis continens rationem eodem tempore, quo et Quadratus, Hadriano principi dedit, id est, 20 apologeticum pro Christianis, quod usque hodie perseverans apud philologos ingenii eius indicium est.

*Cap. XXI.*

Agrippa, cognomento Castoris, vir valde doctus, adversus XXIV Basilidis heretici volumina, quae in 25 evangelium confecerat, fortissime disseruit prodens eius universa mysteria et prophetas enumerans Barcabban et Barchob et ad terrorem audientium alia

2 vat.: ob Christi martyrio; Bamb.: ob Christum; Bern. et Norimb.: ob Christi martyrimum 6 Bamb.: exisset hieme 7 al.: Eleusina 10 al.: utilem 22 Bamb. et Norimb.: philosophos

quaedam barbara nomina et deum maximum eius Abraxas, qui quasi annum continens iuxta Graecorum nomina supputetur. Moratus autem est Basilides, a quo gnostici, in Alexandria temporibus Hadriani. Qua 5 tempestate et Cochebas, dux iudaicae factionis, Christianos variis suppliciis enecavit.

*Cap. XXII.*

Hegesippus, vicinus apostolorum temporum et omnes a passione Domini usque ad suam aetatem ecclesiasticorum actuum texens historias multaque ad 10 utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit sermone simplici, ut, quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret charactera. Assertit se venisse sub Aniceto Roman, qui decimus 15 post Petrum episcopus fuit, et perseverasse usque ad Eleutherium, eiusdem urbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat.

Praeterea adversum idola disputans, quo primum errore crevissent, subtexit historiam, ex qua ostendit, 20 qua aetate floruerint. Ait enim: 'tumulos mortuis templeaque fecerunt, sicut hodie videmus, ex quibus est Antinous, servus Hadriani Caesaris, cuius et gymniscus agon exercetur Antinous, civitatemque ex eius condidit nomine et prophetas statuit in templo.'

25 Antinoum autem in deliciis habuisse Hadrianus Caesar scribitur.

*Cap. XXIII.*

Iustinus philosophus, habitu quoque philosophorum incedens, de Neapoli, urbe Palaestinae, patre

3 Bamb.: mortuus est autem      16 Bamb. et Vat.: Eleutherium      18 Bamb.: quoniam      19 Norimb.: subtexit  
21 al.: usque hodie      22 al.: cui      23 Norimb.: apud Antinoum civitatem; Bamb.: Antinoum civitatemque

Prisco Bacchio, pro religione Christi plurimum laboravit, in tantum ut Antonino quoque Pio et filiis eius et senatui librum contra gentes scriptum daret ignominiamque crucis non erubesceret, et alium librum successoribus eiusdem Antoninis, Marco Antonino Vero 5 et Lucio Aurelio Commodo. Exstat eius et aliud volumen contra gentes, ubi de daemonum quoque natura disputat, et quartum adversum gentes, cui titulum praenotavit *ἔλεγχος*, sed et aliud de monarchia Dei, et alius liber quem praenotavit *ψάλλον*, et alius 10 de anima, et dialogus contra Iudaeos, quem habuit adversum Tryphonem, principem Iudaeorum, sed et contra Marcionem insignia volumina, quorum Irenaeus quoque in quarto adversus hereses libro meminit; et alius liber contra omnes hereses, cuius facit mentionem in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hic cum in urbe Roma haberet *διατριβάς* et Crescentem cynicum, qui multa adversum Christianos blasphemabat, redargueret gulosum et mortis timidum luxuriaequae ac libidinum sectatorem, ad extremum studio eius 20 et insidiis accusatus quod Christianus esset pro Christo sanguinem fudit.

Cap. XXIV.

Melitus Asianus, Sardensis episcopus, librum imperatori Marco Antonino Vero, qui Frontonis oratoris 25 discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Scripsit quoque et alia, de quibus ista sunt quae subiecinus: de pascha libros duo, de vita prophetarum librum unum, de die dominica librum unum, de fide librum unum, de plasi librum unum, de sensibus librum unum, de anima et corpore librum unum, de 30 baptisate librum unum, de *φιλοξενία* librum unum,

14 al.: in quinto; cf. Migne, 3. adnot.      27 al.: duos  
 29 hoc loco alii addunt: de ecclesia librum unum      30 al.:  
 de plasmate      32 hoc loco alii addunt: de veritate librum

et alium librum qui Clavis inscribitur, de diabolo librum unum, de Apocalypsi Iohannis librum unum, et *περὶ Ἐνσωμάτων Θεοῦ* librum unum, et eclogarum libros sex. Huius elegans et declamatorium ingenium  
5 Tertullianus in septem libris, quos scripsit adversus ecclesiam pro Montano, cavillatur dicens eum a plerisque nostrorum prophetam putari.

*Cap. XXV.*

Theophilus, sextus Antiochenae ecclesiae episcopus,  
10 pus, sub Marco Antonino Vero librum contra Marcionem composuit, qui usque hodie exstat. Feruntur eius et ad Autolyicum tria volumina, et contra heresim Hermogenis liber unus, et alii breves elegantisque tractatus ad aedificationem ecclesiae pertinentes.  
15 Legi sub nomine eius in evangelium et proverbia Salomonis commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et *φράσει* non videntur congruere.

*Cap. XXVI.*

Apollinaris, Asiae Hierapolitanus episcopus, sub  
20 Marco Antonino Vero imperatore floruit, cui et insigne volumen *pro fide* Christianorum dedit. Exstant eius et alii quinque adversus gentes libri, et de veritate duo, et adversum Cataphrygas tunc primum cum Prisca et Maximilla, insanis vatibus, incipiente Montano.  
25 tano.

*Cap. XXVII.*

Dionysius, Corinthiorum ecclesiae episcopus, tantae eloquentiae et industriae fuit, ut non solum suae  
unum, de generatione Christi librum unum, de prophetia (Bamb. et Norimb.) librum unum 3 Vat.: *καὶ τὴν περὶ ἔνσωματου*; Norimb.: *καὶ τὸν περὶ ἐνσωματου* etc. 12 Vat.: *heresem* 23 Vat.: *catafrigas*

civitatis et provinciae populos, sed et aliarum provinciarum et urbium epistulis erudiret. E quibus est una ad Lacedaemonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedienses, quarta ad Cretenses, quinta ad ecclesiam Amastrinam et ad reliquas Ponti ecclesias, sexta ad Gnosianos et ad Pinytum, eiusdem urbis episcopum, septima ad Romanos, quam scripsit ad Soterem, episcopum eorum, octava ad Chrysophoram, sanctam feminam. Claruit sub imperatore Marco Antonino Vero et Lucio Aurelio Commodo. 5  
10

*Cap. XXVIII.*

Pinytus Cretensis, Gnosiae urbis episcopus, scripsit ad Dionysium, Corinthiorum episcopum, valde elegantem epistulam, in qua docet non semper lacte populos enutriendos, ne quasi parvuli ab ultimo occupentur die, sed et solido vesci debere cibo. 15

*Cap. XXIX.*

Tatianus, qui primum oratoriam docens non parvam sibi ex arte rethorica gloriam comparaverat, Iustini martyris sectator fuit, florens in ecclesia, quam diu ab eius latere non discessit. Postea vero, elatus eloquentiae tumore, novam condidit heresin, quae encratitarum dicitur, quam postea Severus auxit, a quo eiusdem partis heretici Severiani usque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita scripsit volumina, e quibus unus contra gentes florentissimus exstat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis. Et hic 20  
25

3 haec verba: tertia ad Nicomedienses, quarta ad Cretenses desunt in Vat. 5 al.: amastrinam 6 Vat.: Pynetum; Bamb.: Pynitum; Norimb.: Pinitum 15 al.: nutriendos 16 alii addunt: ut in spiritalem proficiant senectutem. Et hic sub Marco Antonino Vero et Lucio Aurelio Commodo floruit 21 Vat.: recessit 22 al.: ἐγκρατιῶν

sub imperatore Marco Antonino Vero et Lucio Aurelio Commodo floruit.

Cap. XXX.

Philippus, episcopus Cretensis, hoc est, urbis  
5 Gortinae, cuius Dionysius in epistula sua meminisset,  
quam scripsit ad eiusdem civitatis ecclesiam, praeclarum  
adversum Marcionem edidit librum, temporibus  
que Marci Antonini Veri et Lucii Aurelii Commodi  
claruit.

10 Cap. XXXI.

Musanus, non ignobilis inter eos qui ecclesiastica  
dogmata scripserunt, sub imperatore Marco Antonino  
Vero confecit librum ad quosdam fratres, qui de ec-  
clesia ad encratitarum heresim declinarunt.

15 Cap. XXXII.

Modestus et ipse sub imperatore Marco Antonino  
et Lucio Aurelio Commodo adversus Marcionem scri-  
psit librum, qui usque hodie perseverat. Feruntur  
sub nomine eius et alia *συντάγματα*, sed ab eruditis  
20 quasi *ψευδεπίγραφα* repudiantur.

Cap. XXXIII.

Bardesanes Mesopotamiae clarus habitus est, qui  
primum Valentini sectator deinde confutator novam  
ipse heresim condidit. Ardens eius a Syris praedica-  
25 tur ingenium et in disputatione vehemens. Scripsit  
infinita adversus omnes paene hereticos, qui aetate  
eius pullulaverant. In quibus clarissimus et fortissi-  
mus liber est quem Marco Antonino *de fato* tradidit

11 Vat.: Musianus  
26 al. addunt: volumina

al.: de ecclesiastico dogmate

multa alia *super persecutione* volumina, quae sectares eius de syra lingua verterunt in graecum. Si item tanta vis et fulgor est in interpretatione, quam putamus esse in sermone proprio?

Cap. XXXIV.

5

Victor, tertius decimus Romae urbis episcopus, *per quaestione paschae*, et alia quaedam scribens *opuscula* rexit ecclesiam sub Severo principe annis cem.

Cap. XXXV.

10

Irenaeus, Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat ecclesiam, presbyter a martyribus eiusdem loci ob quasdam ecclesiae quaestiones legatus Romam missus honorificas super nomine suo ad Eleutherum perfert litteras. Postea iam Pothino prope *monagenario* ob Christi martyrium coronato in locum eius substituitur. Constat autem Polycarpi, cuius supra fecimus mentionem, sacerdotis et martyris hunc esse discipulum. Scripsit quinque libros adversus haereses, et contra gentes volumen breve, et de disciplina aliud, et ad Marcianum fratrem de apostolica praedicatione, et librum variorum tractatum, et ad Blastum de schismate, et ad Florinum de monarchia sive quod Deus non sit conditor malorum, et de octava egregium syntagma, in cuius fine significans se *postolicorum temporum vicinum* fuisse subscripsit: *adiuro te, qui transcribis librum istum, per Dominum nostrum Iesum Christum et per gloriosum eius adventum quo iudicaturus est et vivos et mortuos, ut conferas, postquam scripseris, et emendes illum ad* 30

11 Vat.: fotini      16 Vat.: in loco      21 Vat.: alium  
12 Vat.: variorum et      23 Bamb. et Norimb.: scismate; Vat.:  
ismate      25 Bamb.: librum      29 Vat.: qui      30 al.: tran-  
ripseris      Vat.: illud



exemplar, unde transcripsisti, diligentissime; hanc quoque obtestationem similiter transferas, ut invenisti in exemplari.

Ferunt eius et alias ad Victorem, episcopum Romanum, de quaestione paschae epistulas, in quibus 5 commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere, si quidem Victor multos Asiae et Orientis episcopos, qui quarta decima luna cum Iudaeis pascha celebrabant, damnandos crediderat. In quam sententiam etiam hi qui discrepabant ab illis Victori non 10 dederunt manus. Floruit maxime sub Commodo principe, qui Marco Antonino Vero in imperio successerat.

*Cap. XXXVI.*

15 Pantaenus, stoicae sectae philosophus, iuxta quandam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi Marco evangelista instituente semper ecclesiastici fuere doctores, tantae prudentiae et eruditionis tam in scripturis, quam in saeculari litteratura fuit, ut in Indiam quoque rogatus ab illius gentis legatis a Demetrio, Alexandriae episcopo, mitteretur. Ubi repperit Bartholomeum de duodecim apostolis adventum Domini Iesu iuxta Matthaei evangelium praedicasse, quod hebraeis litteris scriptum revertens Alexandriam secum detulit. 25 Huius multi quidem in sanctam scripturam exstant commentarii, sed magis viva vox ecclesiis profuit; docuitque sub Severo principe et Antonino, cognomento Caracalla.

*Cap. XXXVII.*

30 Rhodon, genere Asianus, a Tatiano, de quo supra diximus, Romae in scripturis eruditus edidit plurima

4 al.: feruntur — epistolae 16 al.: a Marco evangelista  
semper 18 Norimb.: scripturis sanctis 26 al.: voce

30 *Vat.*: cognomento

praecipuumque adversus Marcionem opus, in quo refert, quomodo ipsi quoque inter se Marcionitae discrepent, et Apellen senem, alium hereticum, a se quondam fuisse conventum et risui habitum eo quod Deum, quem coleret, ignorare se dixerit. Meminit in eodem 5 libro quem scripsit ad Callistionem, Tatiani se Romae fuisse auditorem. Sed et in hexemerum elegantes tractatus composuit, et adversus Cataphrygas insigne opus; temporibusque Commodi et Severi floruit.

Cap. XXXVIII.

10

Clemens, Alexandrinae ecclesiae presbyter, Pantaeni, de quo supra rettulimus, auditor post eius mortem Alexandriae scholam tenuit et *κατηχήσεων* magister fuit. Feruntur eius insignia volumina plenaque eruditionis atque eloquentiae tam de scripturis divinis, quam 15 de saecularis litteraturae instrumento. E quibus illa sunt: *στρωματεῖς* libri VIII, *ὑποτυπώσεις* libri VIII, adversus gentes liber unus, de ieiunio disceptatio, et alius liber, qui inscribitur: quisnam ille dives sit, qui salvetur; de obrectatione liber unus, de canonibus 20 ecclesiasticis et adversum eos, qui Iudaeorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro, Hierosolymorum episcopo *προσεφώνησεν*. Meminit autem in stromatibus suis Tatiani adversum gentes, de quo supra diximus, et Cassiani cuiusdam *χρονογραφίας*, 25 quod opusculum invenire non potui. Nec non de Iudaeis Aristobulum quendam et Demetrium et Eupolemum, scriptores adversum gentes, refert, qui in similitudinem Iosephi *ἀρχαιολογίαν* Moysi et iudaicae gentis asseruerint. Exstat Alexandri, Hierosolymorum 30 episcopi, qui cum Narcisso postea rexit ecclesiam,

1 Vat.: quod      7 Bamb.: adiutorem      14 Vat.: fuerunt  
18 alii hoc loco addunt: Paedagogi libri tres, de pascha liber  
unus      24 al.: voluminis Tatiani      29 al.: ἀρχαιογονίαν

epistula super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses congratulantis eis, in qua ponit in fine: 'haec vobis, domini ac fratres, scripta transmisimus per beatum Clementem presbyterum, virum inlustrem et probatum, quem vos quoque scitis et nunc plenius cognoscetis; qui cum huc venisset iuxta providentiam et visitationem Dei, confirmavit et auxit ecclesiam Domini'. Constat Originem huius fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini, filii eius, temporibus.

10

*Cap. XXXIX.*

Miltiades, cuius Rhodon in opere suo, quod adversum Montanum, Priscam Maximillamque composuit, recordatus est, scripsit contra eosdem volumen praecipuum, et adversum gentes Iudaeosque libros alios, et principibus illius temporis apologeticum dedit. Floruit Marci Antonini Commodique temporibus.

*Cap. XL.*

Apollonius, vir disertissimus, scripsit adversum Montanum, Priscam et Maximillam insigne et longum volumen, quo asserit Montanum et insanas vates eius perisse suspendio, et multa alia, in quibus de Prisca et Maximilla refert: 'si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse prophetas qui accipiunt, et mille hoc testibus approbabo. Sed ex aliis fructibus probantur prophetae. Dic mihi, crinem fucat propheta? stibio oculos linit propheta? vestibus et gemmis ornatur propheta? ludit tabula et tesseris propheta? fenus accipit? respondeant, haec utrum fieri liceat an non? Meum est probare, quia fecerint'. Dicit in eodem libro quadragesimum esse annum usque ad

6 al.: recognoscetis    11 Vat.: Meltiades; bamb.: Melciades  
27 'tabula' deest in Vat.

tempus, quo et ipse scribat librum, ex quo heresis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus sex voluminibus adversus ecclesiam editis, quae scripsit de *ἑστιάσει*, septimum proprie adversum Apollonium elaboravit, in quo omnia, quae ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius sub Commodo Severoque principibus. 5

### Cap. XLI.

Serapion, undecimo Commodi imperatoris anno Antiochiae episcopus ordinatus, scripsit epistulam ad Caricum et Pontium de heresi Montani, in qua et hoc addidit: 'ut autem sciatis falsi huius dogmatis, id est, novae prophetiae ab omni mundo insaniam reproari, nisi vobis Apollinaris beatissimi, qui fuit Hierapoli Asiae episcopus, litteras'. Ad Domnum quoque, 15 qui persecutionis tempore ad Iudaeos declinaverat, volumen composuit; et alium de evangelio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rhosensem Ciliciae ecclesiam, quae in heresim eius lectione diverterat. Leguntur et sparsim breves eius epistulae, auctoris 20 sui *ἀσκήσει* et vitae congruentes.

### Cap. XLII.

Apollonius, Romanae urbis senator, sub Commodo principe a servo proditus quod Christianus esset, impetrato ut rationem fidei suae redderet, insigne volumen 25 composuit, quod in senatu legit; et nihilo minus sententia senatus pro Christo capite truncatur, veteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum iudicium pertracti essent. 30

1 Bamb.: scribebat      11 Vat. Bamb. et Bern.: Carinum;  
Vat.: heresis      18 Vat.: Rhossemi      24 Bamb.: imperato

*Herding, Hieronymus.*

*Cap. XLIII.*

Theophilus, Caesareae Palaestinae, quae olim Turris Stratonis vocabatur, episcopus, sub Severo principe adversum eos, qui quarta decima luna cum Iudaeis pascha faciebant, cum ceteris episcopis synodicam et valde utilem composuit epistolam.

*Cap. XLIV.*

Bacchylus, Corinthi episcopus, sub eodem Severo principe clarus habitus est, et de pascha ex omnium qui in Achaia erant episcoporum persona elegantem librum scripsit.

*Cap. XLV.*

Polycrates, Ephesiorum episcopus, cum ceteris episcopis Asiae, qui iuxta quandam veterem consuetudinem quarta decima luna cum Iudaeis pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem, episcopum Romanum, epistolam synodicam, in qua docet se apostoli Iohannis et veterum auctoritatem sequi, de qua haec pauca excerpimus: 'nos igitur inviolabilem celebramus diem nec addentes aliquid nec dementes. Etenim in Asia elementa maxima dormierunt, quae resurgent in die Domini, quando venturus est de caelis in maiestate sua et suscitaturus omnes sanctos, Philippum loquor de duodecim apostolis, qui dormivit Hierapoli, et duas filias eius, quae virgines senuerunt, et aliam eius filiam, quae spiritu sancto plena in Epheso occubuit. Sed et Iohannes, qui super pectus Domini recubuit et pontifex eius fuit auream laminam in fronte portans, martyr et doctor, in Epheso dormivit. Et Polycarpus, episcopus et martyr, Smyrnae occubuit. Thraseas quoque, episcopus et martyr, de Eumenia, in eadem

Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris, episcopi  
et martyris, recordari, qui in Laodicea soporatur, et  
Papyri beati, et Melitonis, in spiritu sancto eunuchi,  
qui semper Domino serviens positus est in Sardis et  
expectat in adventu eius resurrectionem? Hi omnes 5  
observaverunt diem paschae quarta decima luna, ab  
evangelica traditione in nullam partem declinantes et  
ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque, mini-  
mus omnium vestrum, Polycrates secundum doctrinam  
propinquorum meorum, quos et secutus sum, — septem 10  
siquidem fuerunt episcopi et ego octavus — semper  
pascha celebravi, quando populus Iudaeorum azyma  
faciebat. Itaque, fratres, LXV annos habens aetatis  
meae in Domino et a multis de toto orbe fratribus  
eruditus, peragrata omni scriptura, non formidabo eos 16  
qui nobis minantur. Dixerunt enim maiores mei:  
'oportet Deo magis oboedire quam hominibus'. Haec  
propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex  
parvo opusculo demonstrarem. Floruit Severi principis  
temporibus eadem aetate, qua Narcissus Hierosolymae. 20

*Cap. XLVI.*

Heraclitus sub Commodi Severique imperio in  
apostolum commentarios composuit.

*Cap. XLVII.*

Maximus sub iisdem principibus famosam quae- 25  
stionem insigni volumine ventilavit, unde malum, et  
quod materia a Deo facta sit.

5 Vat.: spectat      11 al. hoc loco addunt: propinqui mei  
22 Vat.: temporibus      23 Norimb.: apostolos

*Cap. XLVIII.*

Candidus regnantibus supra scriptis in hexameron pulcherrimos tractatus edidit.

*Cap. XLIX.*

5 Appiou sub Severo principe similiter in hexameron tractatus fecit.

*Cap. L.*

Sextus sub imperatore Severo librum de resurrectione scripsit.

10 *Cap. LI.*

Arabianus sub eodem edidit quaedam opuscula ad Christianum dogma pertinentia.

*Cap. LII.*

15 Iudas de septuaginta apud Daniel hebdomadibus plenissime disputavit et *χρονολογιασαν* superiorum temporum usque ad decimum Severi perduxit annum.

In qua erroris arguitur, quod adventum antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit; sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum praesentem mundi minabatur occasum.

*Cap. LIII.*

25 Tertullianus presbyter nunc demum primus post Victorem et Apollonium Latinorum ponitur, provinciae Africae, civitatis Carthaginiensis, patre centurione proconsulari. Hic acris et vehementis ingenii sub Severo principe et Antonino Caracalla maxime floruit multaque scripsit volumina, quae, quia nota sunt pluribus, praetermittimus. Vidi ego quendam Paulum Concordiae

11 al. addunt: principe

quod oppidum Italiae est, senem, qui se beati Cypriani  
iam grandis aetatis notarium, cum ipse admodum esset  
adulescens, Romae vidisse diceret referentem sibi, solitum  
numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unam  
diem praeterisse ac sibi crebro dicere: 'da magistrum'! 5  
Tertullianum videlicet significans. Hic usque ad mediam  
aetatem presbyter fuit ecclesiae, invidia postea et con-  
tumeliis clericorum Romanae ecclesiae ad Montani  
dogma delapsus in multis libris novae prophetiae me-  
minit. Specialiter autem adversus ecclesiam texuit 10  
volumina de pudicitia, de persecutione, de ieiuniis, de  
monogamia, de ecstasi libros sex et septimum, quem  
adversus Apollonium composuit; ferturque vixisse us-  
que ad decrepitam aetatem et quae non exstant opus-  
cula edidisse. 15

*Cap. LIV.*

Origenes, qui et Adamantius, decimo Severi per-  
tinacis anno adversum Christianos persecutione com-  
mota, a Leonide patre Christi martyrio coronato cum  
sex fratribus et matre vidua pauper relinquitur annos 20  
natus circiter XVII; rem enim familiarem ob confes-  
sionem Christi fiscus occupaverat. Hic Alexandriae  
dispersa ecclesia octavo decimo aetatis suae anno  
*κατηχήσεων* opus adgressus, postea a Demetrio, eiusdem  
urbis episcopo, in locum Clementis presbyteri confir- 25  
matus, per multos annos floruit, et cum iam mediae  
esset aetatis et propter ecclesias Achaiae, quae plurimis  
heresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticae  
epistulae, Athenas per Palaestinam pergeret, a Theo-  
ctisto et Alexandro, Caesareae et Hierosolymorum epi- 30  
scopis, presbyter ordinatus Demetrii offendit animos,

3 Vat.: refertque; Ver.: referretque; Bamb. et Norimb.: refe-  
rentemque Rönsh: diceret, referreque sibi solitum 7 Bamb.  
et Norimb.: presbyter fuit ecclesiae Africanae (Africae); Vat.:  
praefuit 14 Rönsh: et multa quae 31 al.: animum



qui tanta adversus eum debacchatus insania est, ut per totum orbem super nomine eius scriberet. Constat eum, antequam Caesaream migraret, fuisse Romae sub Zepherino episcopo, et statim Alexandriam reversum  
5 Heraclam presbyterum, qui in habitu philosophi perseverabat, adiutorem sibi fecisse *κατηχήσεων*, qui quidem et post Demetrium Alexandrinam tenuit ecclesiam. Quantae autem gloriae fuerit, hinc apparet, quod Firmilianus, Caesareae episcopus, cum omni Cappadocia  
10 eum invitavit et diu tenuit et postea sub occasione sanctorum locorum Palaestinam veniens diu Caesareae ab eo in sanctis scripturis eruditus est; sed et illud quod ad Mammaeam, matrem Alexandri imperatoris, religiosam feminam rogatus venit Antiochiam et summo  
15 honore habitus est et ad Philippum imperatorem, qui primus de regibus Romanis Christianus fuit, et ad matrem eius litteras fecit quae usque hodie exstant.

Quis autem ignorat, quod tantum habuerit in  
20 scripturis sanctis studii, ut etiam hebraeam linguam contra aetatis gentisque suae naturam ediceret et exceptis septuaginta interpretibus alios quoque editiones in unum congregaret? Aquilae scilicet, Pontici proselyti et Theodotionis Hebionei et Symmachi eiusdem dogmatis, qui in evangelium quoque *κατὰ Ματθαίον* scripsit  
25 commentarios, de quo et suum dogma confirmare conatur. Praeterea quintam et sextam et septimam editionem, quas etiam nos de eius bibliotheca habemus, miro labore repperit et cum ceteris editionibus com-  
30 paravit.

Et quia indicem operum eius in voluminibus epistularum quas ad Paulam scripsimus, in quadam epistula contra Varronis conferens posui, nunc omitto

12 hoc loco anacoluthon est 19 Bamb. et Norimb.: quis ignorat et 25 Vat.: cata Matthaeum 31 Vat., Bamb. et Norimb.: operis 33 Bamb. et Norimb.: Varronis opera

illud, de immortali ingenio eius non tacens, quod dialecticam, arithmeticam, musicam, grammaticam et rhetoricam omniumque philosophorum sectas ita didicit, ut studiosos quoque saecularium litterarum sectatores haberet et interpretaretur eis cottidie, concursusque ad 5 eum mire fierent. Quos ille propterea recipiebat, ut sub occasione saecularis litteraturae in fide Christi statueret. De crudelitate autem persecutionis, quae adversum Christianos sub Decio consurrexit eo quod in religionem Philippi desaeviret, quem interfecerat, superfluum est 10 dicere, cum etiam Fabianus, Romanae ecclesiae episcopus in ipsa occubuerit, et Alexander et Babylas, Hierosolymorum et Antiochenae ecclesiae pontifices, in carcere pro confessione dormierint. Et si quis super Origenis statu scire voluerit quid actum sit, primo 15 quidem de epistulis eius, quae post persecutionem ad diversos missae sunt, deinde et de sexto Eusebii Caesariensis ecclesiasticae historiae libro et pro eodem Origene sex voluminibus possit liquido cognoscere.

Vixit usque ad Gallum et Volusianum, id est, us-20 que ad LXX aetatis suae annum, et mortuus est Tyri, in qua urbe et sepultus est.

### Cap. LV.

Ammonius, vir disertus et valde eruditus in philosophia, eodem tempore Alexandriae clarus habitus est. 25 Qui inter multa ingenii sui et praeclara monumenta etiam de consonantia Moysi et Iesu opus elegans composuit et evangelicos canones excogitavit, quos postea secutus est Eusebius Caesariensis. Hunc falso accusat Porphyrius, quod ex Christiano ethnicus fuerit, cum 30

2 Bamb. et Norimb.: dialecticam quoque et geometriam et  
6 Bamb: fierent mirifici; Norimb.: mirifice fierent 7 Bamb.:  
in fide Christi eos instrueret; Bern.: institueret 15 al.: velit  
Bamb. et Norimb.: primum

constet eum usque ad extremam vitam Christianum perseverasse.

*Cap. LVI.*

5 Ambrosius, primum Marcionites, dein ab Origene correctus, ecclesiae diaconus, et confessionis dominicae gloria insignis fuit. Cui cum Procteto presbytero liber Origenis de martyrio scribitur; huius industria, sumptu, instantiaque adiutus infinita Origenes dictavit volumina.

10 Sed et ipse, quippe ut vir nobilis, non inelegantis ingenii fuit, sicut eius ad Origenem epistulae indicio sunt. Obiit autem ante mortem Origenis, et in hoc a plerisque reprehenditur, quod, vir locuples, amici senis et pauperis moriens recordatus non sit.

15 *Cap. LVII.*

Tryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullae eius exstant epistulae, in scripturis eruditissimus fuit. Quod quidem et multa eius sparsim ostendunt opuscula, sed praecipue liber quem composuit de 'vacca rufa' in deuteronomio et de 'dichotomematibus', quae cum columba et turture ab Abraham ponuntur in Genesi.

*Cap. LVIII.*

25 Minucius Felix, Romae insignis causidicus, scripsit dialogum Christiani et ethnici disputantis, qui Octavius inscribitur. Sed et alius sub nomine eius fertur 'de fato' vel 'contra mathematicos', qui, cum sit et ipse

6 Bamb.: cui cum Theotisto presbytero liber . . . scribitur.  
Huius industria et sumptu et instantia et adhuc infinita . . .  
Vat.: nam cum \*Theoctisto presbytero liber Origenis . . . scriberetur, huius industria . . . perfectum est et ad hunc . . .  
14 Bamb.: non est.      16 Vat.: adiutor      21 Norimb.: ab Abrahamo

diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stilo convenire. Meminit huius Minucii et Lactantius in libris suis.

*Cap. LIX.*

Gaius sub Zephyrino, Romanae urbis episcopo, 5 id est, sub Antonino, Severi filio, disputationem adversus Proculum, Montani sectatorem, valde insignem habuit arguens eum temeritatis super nova prophetia defendenda et in eodem volumine epistulas quoque Pauli tredecim tantum enumerans quartam decimam, quae 10 fertur ad Hebraeos, dicit non eius esse; sed apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

*Cap. LX.*

Beryllus, Arabs Bostrenus episcopus, cum aliquanto tempore rexisset ecclesiam, ad extremum lapsus in 15 heresim, quae Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus scripsit varia opuscula et maxime epistulas, in quibus Origenei gratias agit. Sed et Origenis ad eum litterae sunt. Exstat dialogus Origenis et Berylli, in quo hereseos arguitur. Claruit 20 autem sub Alexandro, Mammaeae filio, et Maximino et Gordiano, qui ei in imperio successerunt.

*Cap. LXI.*

Hippolytus, cuiusdam ecclesiae episcopus — nomen quippe urbis scire non potui — in ratione paschae et 25 temporum canone scripsit et usque ad primum annum Alexandri imperatoris sedecim annorum circulum, quem Graeci *ἐκκαίδεκαετηρίδα* vocant, repperit, et Eusebio,

7 = Proclum      8 Vat.: deferenda      14 al.: Arabiae  
15 Bamb. et Norimb.: gloriose rexisset      20 al.: coarguitur  
26 Norimb.: quem scripsit

qui super eodem pascha decem et novem annorum circulum, id est, *έννεακαιδεκαετηρίδα* composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in scripturas commentarios, e quibus haec repperi: in Hexaemeron, in 5 Exodum, in Canticum Canticorum, in Genesim, in Zachariam, de Psalmis, in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Proverbiis, de Ecclesiaste, de Saul, de Pytonissa, de Antichristo, 'de resurrectione', contra Marcionem, 'de pascha', 'adversus omnes hereses' et *προσ-* 10 *ομιλίαν*, 'de laude Domini Salvatoris', in qua praesente Origene se loqui in ecclesia significat. Huius aemulatione Ambrosius, quem de Marcionis heresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem in scripturas commentarios scribere, praebens ei septem 15 et eo amplius notarios eorumque expensas et librarium parem numerum, quodque his maius est, incredibili studio cottidie ab eo opus exigens. Unde et in quadam epistula *εργοδιώκτην* eum Origenes vocat.

### Cap. LXII.

20 Alexander, episcopus Cappadociae, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret et Narcissus, episcopus eiusdem urbis iam senex regeret ecclesiam, et Narcisso et multis clericorum eius revelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adiutor cathedrae sacerdotalis esse deberet. Itaque re ita completa 25 ut praedicta fuerat, cunctis Palaestinae episcopis in unum congregatis, annitente ipso quoque vel maxime Narcisso, Hierosolymitanae ecclesiae cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cuiusdam epistulae, 30 quam scribit ad Antiochitas super pace ecclesiae, ait: 'salutat vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum et nunc mecum eundem orationibus regit,

7 al.: et 11 Bamb. et Norimb.: in huius aemulationem  
30 Vat.: Antiochitas; bamb.: Antiochenses

annos natus circiter centum sedecim, et vos mecum precatur ut idem unumque sapiatis'. Scribit et aliam ad Antiochenses per Clementem, presbyterum Alexandriae, de quo supra diximus, nec non et ad Origenem, et pro Origene contra Demetrium, eo quod iuxta testimonium Demetrii eum presbyterum constituerit. Sed et aliae eius ad diversos feruntur epistulae. Septima autem persecutione sub Decio, quo tempore Babylas Antiochiae passus est, ductus Caesaream et clausus carcere ob confessionem Christi martyrio coronatur.

### Cap. LXIII.

Iulius Africanus, cuius quinque 'de temporibus' exstant volumina, sub imperatore Marco Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata. Est epistula ad Origenem super quaestione Susannae, eo quod dicat in hebraico hanc fabulam non haberi nec convenire cum hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι καὶ ἀπὸ τοῦ σήλινου σήλσαι, contra quem doctam epistulam scripsit Origenes. Exstat eius ad Aristidem altera epistula, in qua super διαφωνία quae videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthaeum et Lucam, plenissime disputat.

### Cap. LXIV.

Geminus, Antiochenae ecclesiae presbyter, pauca ingenii sui monumenta composuit, florens sub Alexandro principe et episcopo urbis suae, Zebanno, eo vel maxime tempore, quo Heraclas Alexandrinae ecclesiae pontifex ordinatus est.

16 Bamb. et Norimb.: appellata est. Huius est epistula . . .  
17 Vat.: hanc fabulam haberi

Cap. LXV.

Theodorus, qui postea Gregorius appellatus est Neocaesareae episcopus, admodum adulescens, ob studia graecarum et latinarum litterarum de Cappadocia  
5 Berytum et inde Caesaream Palaestinae transiit iuncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, cohortatus est eos ad philosophiam in qua paulatim fidem Christi subintroducens sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaque erudit  
10 ab eo remittuntur ad matrem. E quibus Theodorus proficiscens panegyricum *εὐχαριστίας* scripsit Origeni et convocata grandi frequentia ipso quoque praesente Origene recitavit; qui usque hodie exstat. Scripsi et *μετάφρασιν* in Ecclesiasten brevem quidem, sed  
15 valde utilem; et aliae vulgo eius feruntur epistulae et praecipue signa atque miracula, quae iam episcopus cum multa ecclesiarum gloria perpetravit.

Cap. LXVI.

Cornelius, Romanae urbis episcopus, ad quem octo  
20 Cypriani exstant epistulae, scripsit ad Fabium, Antiochenae ecclesiae episcopum, de synodo Romana et Italica et Africana, et aliam de Novatiano, et de hiis qui lapsi sunt; tertiam de gestis synodi, quartam autem eundem Fabium valde prolixam epistolam et Novatiana  
25 tianae hereseos causas et anathema continentem. Rexi ecclesiam sub Gallo et Volusiano annis duobus; cuius ob Christi martyrium coronato successit Lucius.

Cap. LXVII.

Cyprianus Afer primum gloriose rhetoricam docuit  
30 et exinde, suadente presbytero Caecilio, a quo et cogitavit

16 al.: sed    20 Vat.: Favianum; Bamb.: Flavianum  
26 Bamb. et Norimb.: annis XII

nomentum sortitus est, Christianus factus omnem substantiam suam pauperibus erogavit, ac non post multum temporis allectus in presbyterium etiam episcopus Carthaginiensis constitutus est.

Huius ingenii superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint eius opera. 5

Passus est sub Valeriano et Gallieno principibus persecutione octava eo die quo Romae Cornelius, sed non eodem anno.

*Cap. LXVIII.*

10

Pontius, diaconus Cypriani, usque ad diem passionis eius cum ipso exsilium sustinens egregium volumen vitae et passionis Cypriani reliquit.

*Cap. LXIX.*

Dionysius, Alexandrinae episcopus urbis, sub Heracla scholam tenuit et Origenis vel insignissimus auditor fuit. Hic in Cypriani et Africanæ synodi dogma consentiens de hereticis rebaptizandis plurimas ad diversos misit epistulas, quæ usque hodie exstant, et ad Fabium, Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de pœnitentia, ad Romanos per Hippolytum alteram, ad Xystum, qui Stephano successerat, duas epistulas, et ad Philemonem et Dionysium, Romanæ ecclesiæ presbyteros duas, et ad eundem Dionysium, postea Romanæ ecclesiæ episcopum, et ad Novatianum causantem quod invitus Romæ episcopus ordinatus esset, cuius epistulæ hoc exordium est: 'Dionysius Novatiano fratri 15 20 25

2 Bamb. et Norimb.: ac post non      3 Norimb.: electus  
in presbyterum      8 Vat., Bern., Bamb. et Norimb.: 'eo', non:  
'eodem', quod expectatur      16 Bamb. et Norimb.: scholam  
κατηχήσεων presbyter      18 Vat.: baptizandis      22 Vat.: Si-  
stum; Bamb.: Syxtum; Norimb.: Sixtum



salutem. Si invitus, ut dicis, ordinatus es, probabis hoc, cum volens recesseris.’

Est eius et ad Dionysium et Didymum altera epistula et *ἑορταστικά* de pascha plurimae declamatorio sermone conscriptae, et ad Alexandrinam ecclesiam de exsilio, et ad Hieracam, in Aegypto episcopum, et alia ‘de mortalitate’ et ‘de sabbato’ et *περὶ γυμνασίου*, et ad Hermammonem, et alia ‘de persecutione Decii’, et duo libri ‘adversum Nepotem’ episcopum, qui mille annorum corporale regnum suis scriptis assererat. In quibus et de Apocalypsi Iohannis diligentissime disputat, et adversus Sabellium et ad Ammonem, Beronices episcopum, et ad Telesphorum, et ad Euphranorem, et quattuor libri ad Dionysium, Romanae urbis episcopum, ad Laodicenses ‘de paenitentia’, ad Origenem ‘de martyrio’, ad Armenios ‘de paenitentia’ et ‘de ordine delictorum’, ‘de natura’ ad Timotheum, ‘de temptationibus’ ad Euphranorem, ad Basilidem quoque multae epistolae, in quarum una se asserit etiam in Ecclesiasten coepisse scribere commentarios. Sed et adversus Paulum Samosatenum ante paucos dies quam moreretur, insignis eius fertur epistula.

Moritur duodecimo Gallieni anno.

25

*Cap. LXX.*

Novatianus, Romanae urbis presbyter, adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum quod graece dicitur *καθαρῶν* dogma constituit nolens apostatas suscipere paenitentes. Huius auctor Novatus, Cypriani presbyter fuit. Scripsit au-

6 Vat. et Bamb. et Bern.: Heraclam; Norimb.: Herecham  
10 Bamb.: asseverat; Norimb.: affirmat 14 Bamb.: Euphraten  
15 Vat.: patientia hoc loco al. addunt: item canonem de paenitentia (Migne: item ad Canonem de paenitentia)

tem 'de pascha', 'de sabbato', 'de circumcissione', 'de sacerdote', 'de ordinatione', 'de cibis iudaicis', 'de instantia', 'de Attalo', multaque alia, et 'de Trinitate' grande volumen, quasi *ἐπιτομήν* operis Tertulliani faciens, quod plurimi nescientes Cypriani aestimant. 5

*Cap. LXXI.*

Malchion, disertissimus Antiochenae ecclesiae presbyter, quippe qui in eadem urbe rhetoricam florentissime docuerat, adversus Paulum Samosatenum, qui, Antiochenae ecclesiae episcopus, dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notariis disputavit, qui dialogus usque hodie exstat. Sed et alia grandis epistula, ex persona synodi ab eo scripta, ad Dionysium et Maximum, Romanae et Alexandrinae ecclesiae episcopos dirigitur. Floruit sub Claudio et Aureliano. 15

*Cap. LXXII.*

Archelaus, episcopus Mesopotamiae, librum disputationis suae, quam habuit adversum Manichaeum exeuntem de Perside, syro sermone composuit, qui translatus in graecum habetur a multis. 20

Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano Tacitoque successerat.

*Cap. LXXIII.*

Anatolius Alexandrinus, Laodiceae Syriae episcopus, sub Probo et Caro imperatoribus floruit, mirae doctrinae vir in arithmetica, geometria, astronomia, grammatica, rhetorica, dialectica. Cuius ingenii magnitudinem de volumine quod 'super pascha' composuit, 25

2 Bamb. et Norimb.: de oratione      9 Vat.: rhetoricam  
edocuerat      20 Vat.: in graecum in multis

et decem libris 'de arithmeticae institutionibus' intelligere possumus.

*Cap. LXXIV.*

Victorinus, Petabionensis episcopus, non aequè  
5 latine ut graece noverat. Unde opera eius grandia  
sensibus viliora videntur compositione verborum. Sunt  
autem haec:

'commentarii in Genesim, in Exodum, in Leviticum,  
in Esaiam, in Ezechiel, in Abacuc, in Ecclesiasten,  
10 in Canticum Canticorum, in Apocalypsim Iohannis,'  
'adversum omnes hereses', et multa alia.

Ad extremum martyrio coronatus est.

*Cap. LXXV.*

Pamphilus presbyter, Eusebii Caesariensis episcopi  
15 necessarius, tanto bibliothecae divinae amore flagravit,  
ut maximam partem Origenis voluminum sua manu  
descripserit, quae usque hodie in Caesariensi bibliotheca  
habentur. Sed in duodecim prophetas XXV  
*ἐξηγήσεων* Origenis manu eius exarata repperi, quae  
20 tanto amplexor et servo gaudio, ut Croesi opes habere  
me credam. Si enim laetitia est unam epistulam habere  
martyris, quanto magis tot milia versuum, quae mihi  
videtur signasse sui sanguinis vestigiis!

25 Scripsit, antequam Eusebius scriberet, apologeticum  
pro Origene, et passus est Caesareae Palaestinae sub  
persecutione Maximini.

1 Bamb. et Norimb.: de decem libris arithmeticae institutionis  
4 Bamb. et Norimb.: Pictavionensis 18 Vat.: habetur  
Bamb.: sed et 19 Norimb. et Bern.: Origenis volumina  
20 Bamb.: amplector 23 Bamb.: videntur — vestigia  
26 Vat., Bamb. et Bern.: Maximiani

Cap. LXXVI.

Pierius, Alexandrinae ecclesiae presbyter, sub Caro et Diocletiano principibus tempore quo eandem ecclesiam Thomas episcopus regebat, florentissime populos docuit et in tantam sermonis diversorumque tractatum, qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes iunior vocaretur. Constat, hunc mirae ἀσκήσεως et appetitorem voluntariae paupertatis scientissimumque dialecticae artis post persecutionem omne vitae suae tempus Romae fuisse versatum. Huius est longissimus tractatus 'de propheta Osee', quem in pervigilio paschae habitum ipse sermo demonstrat. 5 10

Cap. LXXVII.

Lucianus, vir disertissimus, Antiochenae ecclesiae presbyter, tantum in scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quaedam exemplaria scripturarum Luciani martyris nuncupentur. Feruntur eius 'de fide' libelli et breves ad nonnullos epistulae. Passus est Nicomediae ob confessionem Christi sub persecutione Maximini sepultusque Helenopoli Bithyniae. 15 20

Cap. LXXVIII.

Phileas de urbe Aegypti, quae vocatur Thmuis, nobili genere et non parvis opibus, suscepto episcopatu, elegantissimum librum 'de martyrum laude' composuit et disputatione actorum habita adversus iudicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur eodem in Aegypto persecutionis auctore quo Lucianus Nicomediae. 25

3 Bamb.: eodem tempore; Bern.: eo tempore 9 Vat.:  
post persecutionem vero 11 Bamb.: in prophetam 12 Bamb.:  
pervilegio 14 Bamb.: Nicomediae 23 Bamb.: nobilis  
25 Bamb.: auctorum

*Cap. LXXIX.*

Arnobius sub Diocletiano principe Siccae apud Africam florentissime rhetoricam docuit scripsitque adversus gentes volumina, quae vulgo exstant.

5

*Cap. LXXX.*

Firmianus, qui et Lactantius, Arnobii discipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio grammatico, cuius 'de medicinalibus' versu compositi exstant libri, Nicomediae rhetoricam docuit ac penuria discipulorum ob graecam videlicet civitatem ad scribendum se contulit. Habemus eius symposium, quod adulescentulus scripsit Africae, et *ὀδοιπορικόν* Africa usque Nicomediam hexametris scriptum versibus, et alium librum, qui inscribitur 'grammaticus', et pulcherrimum 'de ira Dei', et 'institutionum divinarum adversum gentes' libros septem, et *ἐπιτομήν* eiusdem operis, librum unum acephalum, et 'ad Asclepiadem' libros duos, 'de persecutione' librum unum, 'ad Probum' epistularum libros quattuor, ad eundem 'de officio Dei vel formatione hominis' librum unum. Hic extrema senectute magister Caesaris Crispi, filii Constantini, in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

*Cap. LXXXI.*

Eusebius, Caesareae Palaestinae episcopus, in scripturis divinis studiosissimus et bibliothecae divinae cum Pamphylo martyre diligentissimus pervestigator,

7 Bamb.: Flavio; Vat.: Favio 10 Bamb.: ad 12 Bamb.: in scholis scripsit Africae Vat.: odoiporicum Bamb.: de Africa 17 Bamb.: in libro etc. 19 Vat.: duos Bamb. hoc loco addit: ad Severum epistularum libros duos, ad Demetrium, auditorem suum, epistularum libros duos et ad eundem . . .

edidit infinita volumina, de quibus haec sunt: *εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* libri XX, *εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς* libri XV, *θεοφανείας* libri V, 'ecclesiasticae historiae' libri X, 'chronicorum canonum omnimoda historia' et eorum *ἐπιτομή*, et 'de evangeliorum *διαφάνια*', 5 et 'in Esaiam' libri X, et 'contra Porphyrium', qui eodem tempore scribebat in Sicilia, libri XXV, et *τοπικῶν* liber unus, *ἀπολογίας* pro Origene libri sex, 'de vita Pamphili' libri tres, 'de martyribus' alia opuscula, et in centum quinquaginta psalmos eruditissimi commentarii multaue alia. Floruit maxime sub Constantino imperatore et Constantio, et ob amicitiam Pamphili ab eo cognomentum sortitus est. 10

### Cap. LXXXII.

Reticius, Aeduorum, id est, Augustodunensis episcopus, sub Constantino celeberrimae famae habitus est in Galliis. Leguntur eius 'commentarii in Canticum Canticorum' et aliud grande volumen 'adversum Novatianum'. Nec praeter haec quicquam operum eius repperi. 20

### Cap. LXXXIII.

Methodius, Olympi Lyciae et postea Tyri episcopus, nitidi compositique sermonis adversum Porphyrium confecit libros, et 'symposium decem virginum', et 'de resurrectione' opus egregium contra Origenem, 25 et adversus eundem 'de Pitonissa', et 'de autexusio', in Genesim quoque et in Canticum commentarios, et multa alia, quae vulgo lectitantur. Ad extremum novissimae persecutionis, ut alii adfirmant, sub Decio

1 *εὐαγγελικῆς* . . . XX deest in Bamb.      2 Bamb.: *εὐαγγελικῆς προδείξεως παρασκευῆς*  
17 Bamb.: canticum canticorum      26 Vat.: *ἀντεξουσίω*  
29 Bamb.: sive ut

et Valeriano in Chalchide Graeciae martyrio coronatus est.

*Cap. LXXXIV.*

Iuencus, nobilissimi generis Hispanus, presbyter  
5 quattuor evangelia hexametris versibus paene ad verbum transferens quattuor libros composuit, et nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pernentia. Floruit sub Constantino principe.

*Cap. LXXXV.*

10 Eustathius, genere Pamphylus, Sidetes primus Beroeae Syriae, deinde Antiochiae episcopus, ree ecclesiam et adversus Arianorum dogma multa componens sub Constantio principe pulsus est in exilium Traianopolim Thraciarum, ubi et usque hodie con-  
15 tus est. Exstant eius volumina 'de anima', 'de engstrimytho' (*περι ἐγγαστριμύθου*) 'adversum Origenem et infinitae epistulae, quas enumerare longum est.

*Cap. LXXXVI.*

Marcellus, Ancyranus episcopus, sub Constantio  
20 et Constantio principibus floruit multaque diversarum *ὑποθέσεων* scripsit volumina et maxime adversus Arianos. Feruntur contra hunc Asterii et Apollinarii libri Sabellianae eum hereseos arguentes. Sed et Hilarius in septimo 'adversus Arianos' libro nominis eius quod  
25 heretici meminit. Porro ille defendit se non esse domesticum, cuius accusabatur, communione Iulii et Athanasii, Romanae et Alexandrinae urbis pontificum.

10 Bamb.: Sidites    11 Vat.: Bereae    26 Bamb.: accusatur  
Bamb: sed communione    Vat.: Anastasii

*Cap. LXXXVII.*

Athanasius, Alexandrinae urbis episcopus, multa Arianorum perpessus insidiis, ad Constantem, Galliarum principem, fugit, unde reversus cum litteris et rursum post mortem illius fugatus usque ad Ioviani imperium latuit, a quo recepta ecclesia sub Valente moritur. Feruntur eius 'adversum gentes' libri duo et 'contra Valentem et Ursacium' unus, 'de virginitate', 'de persecutionibus Arianorum' plurimi et 'de psalmorum titulis' et 'historia Antonii monachi' vitam continens et *ἑορταστικάι* epistolae et multa alia, quae enumerare longum est.

*Cap. LXXXVIII.*

Antonius monachus, cuius vitam Athanasius, Alexandriae episcopus, insigni volumine prosecutus est, misit aegyptiacas ad diversa monasteria apostolici sensus sermonisque epistulas septem, quae in graecam linguam translatae sunt, quarum praecipua est 'ad Arsenoitas'. Floruit Constantino et filiis eius regnantibus.

20

*Cap. XXXIX.*

Basilus, Ancyranus episcopus, artis medicinae gnarus scripsit contra Marcellum' et 'de virginitate' librum et nonnulla alia, et sub rege Constantio Macedonianae partis cum Eustathio Sebasteno princeps fuit.

*Cap. XC.*

Theodorus, Heraclae Thraciarum episcopus, elegantis apertique sermonis et magis historicae intelli-



gentiae edidit sub Constantio principe commentarios in Matthaeum et Iohannem et in apostolum et in psalterium.

*Cap. XCI.*

- 5 Eusebius Emisenus, elegantis et rhetorici ingenii innumerabiles et qui ad plausum populi pertineant confecit libros, magisque historiam secutus ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur; e quibus vel praecipui sunt 'adversum Iudaeos et gentiles et  
10 Novatianos' et 'ad Galatas' libri decem et 'in evangelia homiliae' breves, sed plurimae. Floruit temporibus Constantii imperatoris, sub quo et mortuus, Antiochiae sepultus est.

*Cap. XCII.*

- 15 Triphylus, Cypri Ledrensis sive Leucotheon episcopus, eloquentissimus suae aetatis et sub rege Constantio celeberrimus fuit. Legi eius in Canticum Cantorum commentarios. Et multa alia composuisse fertur, quae in nostras manus minime pervenerunt.

*Cap. XCIII.*

- 20 Donatus, a quo Donatiani per Africam sub Constantio Constantinoque principibus pullularunt, asserens a nostris scripturas in persecutione ethnicis traditas totam paene Africam et maxime Numidiam sua persuasione deceptit. Exstant eius multa ad suam heresim pertinentia et 'de spiritu sancto' liber Ariano dogmati congruens.

5 Bern.: episcopus Emisenus      6 Bamb.: pertinent  
9 Bamb.: gentes      11 Vat. et Bamb.: homiliae      15 Vat.:  
Iriphilius; Bamb.: Tripilius      Vat. et Bamb. et Bern.: Leuco-  
theon      21 Vat. et Bamb. et Bern.: Constantino Constantioque  
22 hoc vocabulum deest in Vat.      26 Bamb.: pertinentia

*opuscula*

*Cap. XCIV.*

Asterius, Arianæ philosophus factionis, scripsit regnante Constantio in epistolam ad Romanos et in evangelia et in psalmos commentarios et multa alia, quae a suae partis hominibus studiosissime leguntur. 5

*Cap. XCV.*

Lucifer, Caralitanus episcopus cum Pancratio et Hilario, Romanae ecclesiae clericis ad Constantium imperatorem a Liberio episcopo pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasii Nicaenam damnare<sup>10</sup> fidem, in Palaestinam relegatus mirae constantiae et praeparati animi ad martyrium contra Constantium imperatorem scripsit librum eique legendum misit ac non multo post sub Iuliano principe reversus Caralis Valentiniano regnante obiit. 15

*Cap. XCVI.*

Eusebius, natione Sardus et ex lectore urbis Romae Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim et inde Cappadociam relegatus sub Iuliano imperatore ad ecclesiam suam<sup>20</sup> reversus est ediditque in psalmos commentarios Eusebii Caesariensis, quos de graeco in latinum verterat, et mortuus est Valentiniano et Valente regnantibus.

*Cap. XCVII.*

25.

Fortunatianus, natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantio in evangelia titulis ordinatis breves sermone rustico scripsit commentarios, et in hoc habetur detestabilis, quod Liberium, Roma-

8 Vat.: Hylaro    10 Vat.: Anastasii    28 Bamb.: brevi rusticoque    Bamb.: conscripsit

nae urbis episcopum, pro fide ad exilium pergentem primus sollicitavit et fregit et ad subscriptionem hereseos compulit.

*Cap. XCVIII.*

- 5 Acacius, quem, quia luscus erat, *μονόφθαλμον* nuncupabant, Caesariensis ecclesiae in Palaestina episcopus, elaboravit in Ecclesiasten decem et septem volumina, et *συμμικτων ζητημάτων* sex, multos praeterea diversosque tractatus. In tantum autem sub  
10 Constantio imperatore claruit, ut in Liberii locum Romae Felicem episcopum constitueret.

*Cap. XCIX.*

- Serapion, Thmueus episcopus, qui ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruit, carus Antonii  
15 monachi fuit ediditque 'adversus Manichaeos' egregium librum et 'de psalmorem titulis' alium et ad diversos utiles epistulas, et sub Constantio principe etiam in confessione inclitus fuit.

*Cap. C.*

- 20 Hilarius, urbis Pictavorum Aquitanicae episcopus, factione Saturnini, Arelatensis episcopi, de synodo Biterrensi Phrygiam relegatus, duodecim adversus Arianos confecit libros et alium librum 'de synodis', quem ad Galliarum episcopos scripsit, et in psalmos commentarios, primum videlicet et secundum et a quinquagesimo primo usque ad sexagesimum secundum et a CXVIII usque ad extremum; in quo opere imitatus Origenem nonnulla etiam de suo addidit. Est eius et 'ad Constantium' libellus, quem viventi Constanti-

2 Bamb.: inscriptionem 13 Bamb.: Thimueus 28 Bamb.: de suo sensu edidit

nopoli porreerat, et alius 'in Constantium' quem post mortem eius scripsit, et liber 'adversum Valentem et Ursacium', historiam Ariminensis et Seleucensis synodi continens, et 'ad praefectum Sallustium' sive 'contra Dioscurum', et 'liber hymnorum et mysteriorum' alius, et 'commentarii in Matthaeum', et 'tractatus in Job', quos de graeco Origenis ad sensum transtulit, et alius elegans libellus 'contra Auxentium', et nonnullae ad diversos epistolae. Aiunt quidam scripsisse eum in Canticum Canticorum, sed a nobis 10 hoc opus ignoratur.

Mortuus est Pictavis Valentiniano et Valente regnantibus.

*Cap. CI.*

Victorinus, natione Afer, Romae sub Constantio 15 principe rhetoricam docuit et in extrema senectute Christi se tradens fidei scripsit 'adversum Arium' libros more dialectico valde obscuros, qui nisi ab eruditibus non intelliguntur, et commentarios 'in apostolum'.

*Cap. CII.*

20

Titus, Bostrensis episcopus, sub Iuliano et Ioviano principibus fortes adversum Manichaeos scripsit libros et nonnulla alia. Moritur sub Valente.

*Cap. CIII.*

Damasus, Romanae urbis episcopus, elegans in 25 versibus componendis ingenium habuit multaque et brevia opuscula heroico metro edidit et prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est.

*Cap. CIV.*

Apollinarius, Laodicensis Syriae episcopus patre 30  
8 Bamb.: Seleucis      30 Bamb.: Apollinaria

presbytero, magis grammaticis in adolescentia operam dedit et postea in sanctas scripturas innumerabilia scribens volumina sub Theodosio imperatore obiit. Exstant eius 'adversus Porphyrium' XXX libri, qui 5 inter cetera opera eius vel maxime probantur.

*Cap. CV.*

Gregorius, Baeticus Eliberi episcopus, usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit et 'de fide' elegantem librum; hodie- 10 que superesse dicitur.

*Cap. CVI.*

Pacianus, in Pyrenaei iugis Barcelonaepiscopus, castitate eloquentiae et tam vita quam sermone clarus, scripsit varia opuscula, de quibus est 'Cervus', et 15 'contra Novatianos', et sub Theodosio iam ultima senectute mortuus est.

*Cap. CVII.*

Photinus de Gallograecia, Marcelli discipulus et Sirmii episcopus ordinatus, Hebionis heresim instaurare 20 conatus est, et postea a Valentiniano principe pulsus ecclesia plura scripsit volumina, in quibus vel praecipua sunt 'contra gentes' et 'ad Valentinianum' libri.

*Cap. CVIII.*

Phoebadius, Agenni Galliarum episcopus, edidit 25 contra Arianos librum. Dicuntur eius et alia esse

1 Bamb.: Probo      12 Bamb.: Patianus      13 Bamb.: castigatae eloquentiae  
14 Bamb.: peracuto sensu liber unus  
contra . . .      21 'plura' deest in Vat.      Bamb.: praecipui  
24 Vat.: Phoedavius; Bamb.: Lebadius; Bern.: Phebadius

opuscula, quae necdum legi. Vivit usque hodie decrepita senectute.

*Cap. CIX.*

Didymus Alexandrinus captus a parva aetate oculis et ob id elementorum quoque ignarus tantum 5 miraculum sui omnibus praebuit, ut dialecticam quoque et geometriam, quae vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit. Hic plurima nobiliaque conscripsit: commentarios in psalmos omnes, commentarios in evangelium Matthaei et Iohannis, et 'de dogmatibus', 10 et 'contra Arianos' libros duos, et 'de spiritu sancto' librum unum, quem ego in latinum verti, et in Esaiam tomos decem et octo, in Osee ad me scribens commentariorum libros tres, et in Zachariam meo rogatu libros quinque et commentarios in Iob et multa alia, quae 15 digerere proprii indicis est. Vivit usque hodie, et octogesimum tertium aetatis suae iam excessit annum.

*Cap. CX.*

Optatus Afer, episcopus Milevitanus, ex parte catholica scripsit sub Valentiniano et Valente principibus 'adversum Donatianae partis calumniam' libros sex, in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

*Cap. CXI.*

Acilius Severus in Hispania, de genere illius 25 Severi ad quem Lactantii duo epistularum scribuntur libri, composuit volumen quasi ὁδοποιρικόν totius vitae suae statum continens tam prosa quam versibus,

4 Bamb.: a parva . . . amissis      7 Vat.: geometricam  
Vat. et Bern. et Bamb.: indigent      16 Bamb.: diligere  
19 Vat.: Milevitanus      25 Bamb.: Achilles; Bern.: Achylus

quod vocavit *καταστροφήν* sive *πειραν*, et sub Valentiniano principe obiit.

*Cap. CXII.*

Cyrillus, Hierosolymae episcopus, saepe pulsus  
5 ecclesia et receptus ad extremum, sub Theodosio principe octo annis inconcussus episcopatum tenuit. Exstant eius *κατηχήσεις*, quas in adolescentia composuit.

*Cap. CXIII.*

Euzoius apud Thespesium rhetorem cum Gregorio,  
10 Nazianzeno episcopo, adolescens Caesareae eruditus est, et eiusdem postea urbis episcopus plurimo labore corruptam iam bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus ad extremum sub Theodosio principe ecclesia pulsus est. Feruntur eius varii  
15 multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile est.

*Cap. CXIV.*

Epiphanius, Cypri Salaminae episcopus, scripsit  
adversus omnes hereses libros et multa alia, quae ab  
eruditis propter res, a simplicioribus propter verba  
20 quoque lectitantur. Superest usque hodie et in extrema iam senectute varia scripsit opuscula.

*Cap. CXV.*

Ephrem, Edessenae ecclesiae diaconus, multa syro sermone composuit, et ad tantam venit claritudinem,  
25 ut post lectionem scripturarum publice in quibusdam ecclesiis scripta eius recitentur. Legi 'de spiritu sancto'

1 Vat.: peram 9 Vat.: rhetoricam (rhetorica?) 15 Bamb.: scire 20 Bamb.: ignota 21 Bamb. et Norimb.: cudit; Bern.: condidit 23 Vat.: Edessenae

graecum volumen, quod quidam de syriaca lingua verterat, et acumen sublimis ingenii etiam in translatione cognovi.

Decessit sub Valente principe.

*Cap. CXVI.*

6

Basilus, Caesareae Cappadociae, quae prius Mazaca vocabatur, episcopus, egregios 'contra Eunomium' elaboravit libros, et 'de Spiritu sancto' volumen, et 'in hexaemerum' homilias novem, et ἀσκητικόν, et breves variosque tractatus.

10

Moritur imperante Gratiano.

*Cap. CXVII.*

Gregorius, Nazianzenus episcopus, vir eloquentissimus, praeceptor meus et quo scripturas explanante didici, ad triginta milia versuum omnia opera sua 15 composuit; e quibus illa sunt: 'de morte fratris Caesarii', 'περὶ φιλοπρωχίας', 'laudes Machabaeorum', 'laudes Cypriani', 'laudes Athanasii', 'laudes Maximi philosophi' post exilium reversi, quem falso nomine quidam Herona superscripserunt, quia est et alius liber vitu- 20 perationem eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit eundem et laudare et vituperare pro tempore, et liber hexametro versu Virginitatis et Nuptiarum contra se disserentium; 'adversus Eunomium' libri duo, 'de Spiritu Sancto' liber unus, 'contra Iulianum 25 imperatorem' liber unus. Secutus est autem Pomonis in dicendo charactera, vivoque se episcopum in loco suo ordinans ruri vitam monachi exercuit decessitque ante hoc fere triennium sub Theodosio principe.

14 Bamb. a quo Bern. et Norimb.: ex quo scripturas illo  
16 Norimb.: fratris mei Caesarii 20 Vat.: Ἰρωνα 26 Bamb.:  
Palamomon dicendi caractere 29 Bamb. et Norimb.: ferme



*Cap. CXVIII.*

Lucius, post Athanasium Arianae partis episcopus, usque ad Theodosium principem, a quo et pulsus est, Alexandrinam ecclesiam tenuit. Exstant eius sollemnes  
5 'de pascha' epistulae et pauci variarum ὑποθέσεων libelli.

*Cap. CXIX.*

Diodorus, Tarsensis episcopus, dum Antiochiaes  
esset presbyter, magis claruit. Exstant eius in aposto-  
10 lum commentarii et multa alia ad Eusebii magis  
Emiseni characterem pertinentia, cuius cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam saecularium litterarum.

*Cap. CXX.*

15 Eunomius, Arianae partis Cyzicenus episcopus, in apertam hereseos suae prorupit blasphemiam, ut, quod illi tegunt, iste publice fateretur. Usque hodie vivere dicitur in Cappadocia et multa contra ecclesiam rescribere. Responderunt ei Apollinarius, Didymus,  
20 Basilius Caesariensis, Gregorius Nazianzenus et Nysse-  
nus alter Gregorius.

*Cap. CXXI.*

Priscillianus, Abilae episcopus, qui factione Hydatii et Ithacii Treveris a Maximo tyranno caesus est, edidit  
25 multa opuscula, de quibus ad nos aliqua pervenerunt. Hic usque hodie a nonnullis gnosticae, id est Basilidis vel Marci, de quibus Irenaeus scribit, hereseos accusatur, defendentibus aliis non ita eum sensisse, ut arguitur.

4 Bamb.: sollemnes 5 Bamb.: κατηγοσιων 16 Bamb.  
et Norimb.: prorumpens . . . 19 Bamb.: dicere; Bern. et  
Norimb.: scribere ausus est 20 Bamb.: et Emisenus; Norimb.:  
et Nisenus 24 Vat.: Triburis

*Cap. CXXII.*

Latronianus, provinciae Hispaniae, vir valde eruditus et in metrico opere veteribus comparandus, caesus est et ipse Treveris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano et Euchrotia, eiusdem factionis auctoribus. 5  
Exstant eius opera diversis metris edita.

*Cap. CXXIII.*

Tiberianus Baeticus scripsit pro suspicione, qua cum Priscilliano accusabatur hereseos, 'apologeticum' tamenti compositoque sermone. Sed post suorum 10  
caedem taedio victus exilii, mutavit propositum et iuxta sanctam scripturam 'canis reversus ad vomitum suum' filiam, devotam Christo virginem, matrimonio copulavit.

*Cap. CXXIV.*

15

Ambrosius, Mediolanensis episcopus, usque in praesentem diem scribit; de quo, quia superest, meum iudicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas.

*Cap. CXXV.*

20

Euagrius, Antiochiae episcopus, acris et praestantis ingenii, cum adhuc esset presbyter, diversarum *ἰποθῆσεων* tractatus mihi legit, quos necdum edidit; vitam quoque beati Antonii de graeco Athanasii in nostrum sermonem transtulit. 25

3 Vat.: ordine      5 Vat.: Eugrotia; Bamb.: Eucrotia;  
Norimb.: Eutropia    13 cf. 2. Petr. 2, 22    13 Bamb.: filiam  
suam      Bamb.: matrimonio sui . . . Bern. et Norimb.: matri-  
monio sibi . . .    21 Bamb. et Norimb.: ferventia

*Cap. CXXVI.*

Ambrosius Alexandrinus, auditor Didymi, scripsit  
adversus Apollinarem volumen multorum versuum 'de  
dogmatibus', et ut ad me nuper quodam narrante per-  
5 latum est, commentarios in Iob. Usque hodie superest.

*Cap. CXXVII.*

Maximus philosophus, natus Alexandriae, Con-  
stantinopoli episcopus ordinatus, et pulsus insignem  
'de fide' adversum Arianos scripsit librum, quem Medio-  
10 lani Gratiano principi dedit.

*Cap. CXXVIII.*

Gregorius, Nyssenus episcopus, frater Basilii Cae-  
sariensis, ante annos paucos mihi et Gregorio Nazian-  
zeno contra Eunomium legit libros. Qui et alia multa  
15 scripsisse et scribere dicitur.

*Cap. CXXIX.*

Iohannes, Antiochenae ecclesiae presbyter, Eusebii  
Emiseni Diodorice sectator, multa componere dicitur,  
de quibus *περὶ ἱερωσύνης* tantum legi.

20

*Cap. CXXX.*

Gelasius, Caesareae Palaestinae post Euzoium epi-  
scopus, accurati limatique sermonis fertur quaedam  
scribere, sed celare.

7 Bamb. et Vat.: Constantinopolim 9 Vat.: Arrium.  
Omnes codices omnibus locis scribunt: Arrius, Arriani 12 Vat.:  
Nisenus 19 Bamb.: de quibus audivi *περὶ* . . . nec legi; Norimb.:  
de quibus unum librum legi 21 Bamb. et Norimb.: Eunomium

*Cap. CXXXI.*

Theotimus, Scythiae Tomorum episcopus, in morem dialogorum et veteris eloquentiae breves commaticosque tractatus edidit. Audio eum et alia scribere.

*Cap. CXXXII.*

5

Dexter, Paciani de quo supra dixi filius, clarus ad saeculum et Christi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi.

*Cap. CXXXIII.*

Amphilochius, Iconii episcopus nuper mihi librum 10 legit 'de spiritu sancto', quod deus, et quod adorandus, quodque omnipotens sit.

*Cap. CXXXIV.*

Sophronius, vir adprime eruditus, 'laudes Bethlehem' adhuc puer et nuper 'de subversione Serapis' insignem 15 librum composuit, 'de virginitate' quoque ad Eustachium et vitam Hilarionis monachi; opuscula mea in graecum sermonem elegantissime transtulit, psalterium quoque et prophetas, quos nos de hebraeo vertimus in latinum.

*Cap. CXXXV.*

20

Hieronymus, natus patre Eusebio, oppido Stridonis, quod a Gothis eversum Dalmatiae quondam Pannoniaeque confinium fuit, usque in praesentem annum, id est, Theodosii principis XIV, haec scripsi: 'vitam Pauli monachi', 'epistularum ad diversos' librum unum, 25

3 Vat.: dialecticorum    6 Bamb.: Pacatiani prius praefecti,  
nunc praetoris de quo supra diximus filius    12 Bamb.: quo-  
que    17 Bamb.: de vita    21 Bamb.: Hieron. presbyter  
25 Vat.: ad diversos libri

'ad Heliodorum exhortatoriam', 'altercationem Luciferiani et Orthodoxi', 'chronicon omnimodae historiae', 'in Ieremiam et Ezechiel homilias Origenis XXVIII',  
5 Osanna', 'de frugi et luxurioso filiis', 'de tribus quaestionibus legis veteris', 'homilias in Canticum Cantorum' duas, 'adversus Helvidium', 'de Mariae virginitate perpetua', ad Eustochium 'de virginitate servanda',  
10 ad Marcellam epistularum librum unum, 'de morte filiae' ad Paulam, in epistulam Pauli ad Galatas commentariorum libros tres, item in epistulam ad Ephesios commentariorum libros tres, in epistulam ad Titum librum unum, in epistulam ad Philemonem librum unum, in Ecclesiasten commentarios, quaestio-  
15 num hebraicarum in Genesim librum unum, hebraicorum nominum librum unum, 'de spiritu sancto Didymi', quem in latinum transtuli, librum unum, in Lucam homilias Origenis XXXIX, in psalmos a decimo usque ad XVII, captivum Monachum, vitam  
20 beati Hilarionis; novum testamentum graece fidei reddidi, epistularum autem ad Paulam et Eustochium, quia cottidie scribuntur, incertus est numerus. Scripsi praeterea in Micheam explanationum libros duos, in Naum librum unum, in Abacuc libros duos, in Sopho-  
25 niam librum unum, in Aggaeum librum unum, multaque alia 'de opere prophetali', (quae nunc habeo in manibus; et necdum expleta sunt.)

5 Bamb. hoc loco addit: de aetate Matusala Abraham Melchisedech 7 Bamb. adversus Hely. unam epistulam  
10 Bamb. et Norimb.: filiae suae 11 Bamb.: epist. Pauli  
12 Bamb. addit: in epistulam eiusdem ad Timotheum librum unum 15 Norimb. addit: de locis librum unum 18 'Origenis' deest in Bam. et Norimb. 19 Bamb.: usque ad XVI; Bamb.: vitam captivi monachi; Norimb.: de captivo monacho;  
21 Norimb. addit: vetus iuxta hebraicam transtuli

Incipit indicatio virorum quos Gennadius post  
obitum beati Hieronymi addidit:

- |  |    |
|--|----|
| I. Iacobus cognomento Sapiens.               |    |
| II. Iulius, urbis Romae episcopus.           |    |
| III. Paulonas presbyter.                     | 5  |
| IV. Vitellius Afer.                          |    |
| V. Macrobius presbyter                       |    |
| VI. Heliodorus presbyter.                    |    |
| VII. Pachomius presbyter monachus.           |    |
| VIII. Theodorus successor eius.              | 10 |
| IX. Oresiesis monachus.                      |    |
| X. Macarius monachus.                        |    |
| XI. Euagrius monachus.                       |    |
| XII. Theodorus presbyter.                    |    |
| XIII. Prudentius.                            | 15 |
| XIV. Audentius episcopus.                    |    |
| XV. Commodianus.                             |    |
| XVI. Faustinus presbyter.                    |    |
| XVII. Rufinus presbyter.                     |    |
| XVIII. Tichonius Afer.                       | 20 |
| XIX. Severus presbyter.                      |    |
| XX. Antiochus episcopus.                     |    |
| XXI. Severianus episcopus.                   |    |
| XXII. Niceas episcopus.                      |    |
| XXIII. Olympius episcopus.                   | 25 |
| XXIV. Bacharius.                             |    |
| XXV. Sabbatius episcopus.                    |    |
| XXVI. Isaac.                                 |    |
| XXVII. Ursinus.                              |    |
| XXVIII. Macarius alter.                      | 30 |
| XXIX. Heliodorus presbyter.                  |    |
| XXX. Iohannes episcopus Constantinopolitanus |    |

6 Vat.: Vitellinus 11 Vat.: Oriensis 16 Bamb.: Pudenus;  
Bern.: Gaudentius 20 Bamb.: Tyconius 24 Vat.:  
Iiceta 32 hoc caput deest in Bamb. et Bern. et Norimb.

- XXXI. Iohannes alter episcopus.  
XXXII. Paulus episcopus.  
XXXIII. Helvidius.  
XXXIV. Theophilus episcopus.  
5 XXXV. Eusebius episcopus.  
XXXVI. Vigilantius presbyter.  
XXXVII. Simplicianus episcopus.  
XXXVIII. Vigilius episcopus.  
XXXIX. Augustinus episcopus.  
10 XL. Orosius presbyter.  
XLI. Maximus episcopus.  
XLII. Petronius episcopus.  
— XLIII. Pelagius heresiarches.  
XLIV. Innocentius episcopus.  
15 XLV. Caelestius, Pelagii sectator.  
XLVI. Iulianus episcopus.  
XLVII. Lucianus presbyter.  
XLVIII. Avitus presbyter.  
XLIX. Paulinus episcopus.  
20 L. Eutropius presbyter.  
LI. Euagrius alius.  
LII. Vigilius diaconus.  
LIII. Atticus episcopus sanctus.  
LIV. Nestorius heresiarches.  
25 LV. Caelestinus episcopus.  
LVI. Theodorus episcopus.  
LVII. Fastidius episcopus.  
LVIII. Cyrillus episcopus.  
LIX. Timotheus episcopus.  
30 LX. Leporius presbyter.  
LXI. Victorinus rhetor  
LXII. Cassianus diaconus.  
LXIII. Philippus presbyter.  
LXIV. Eucherius episcopus.

|                                |    |
|--------------------------------|----|
| LXV. Vincentius Gallus.        |    |
| LXVI. Syagrius.                |    |
| LXVII. Isaac presbyter.        |    |
| LXVIII. Salvianus presbyter.   |    |
| LXIX. Paulinus episcopus.      | 5  |
| LXX. Hilarius episcopus.       |    |
| LXXI. Leo episcopus.           |    |
| LXXII. Mochimus presbyter.     |    |
| LXXIII. Timotheus episcopus.   |    |
| LXXIV. Asclepius episcopus.    | 10 |
| LXXV. Petrus presbyter.        |    |
| LXXVI. Paulus presbyter.       |    |
| LXXVII. Pastor episcopus.      |    |
| LXXVIII. Victor episcopus.     |    |
| LXXIX. Voconius episcopus.     | 15 |
| LXXX. Musaeus presbyter.       |    |
| LXXXI. Vincentius presbyter.   |    |
| LXXXII. Cyrus monachus.        |    |
| LXXXIII. Samuel presbyter.     |    |
| LXXXIV. Claudianus presbyter.  | 20 |
| LXXXV. Prosper.                |    |
| LXXXVI. Faustus episcopus.     |    |
| LXXXVII. Servus Dei episcopus. |    |
| LXXXVIII. Victorinus.          |    |
| LXXXIX. Theodoritus episcopus. | 25 |
| XC. Gennadius episcopus.       |    |
| XCI. Theodulus presbyter.      |    |
| XCII. Iohannes presbyter.      |    |
| XCIII. Sidonius episcopus.     |    |
| XCIV. Gelasius episcopus.      | 30 |
| XCV. Honoratus episcopus.      |    |

4 Bamb. et Norimb.: Silvianus 8 Vat. et Bamb.: Mochimus  
9 Norimb.: heresiarches 15 Bamb.: Victorinus  
post Faustum Norimbergensis caput continet, quod in aliis  
est: de Caesario Arelatensi 24 Bamb.: Victorinus  
Veron.: Theodorus 29 hic est in Norimbergensi



- XCVI. Cerealis episcopus.  
XCVII. Eugenius episcopus.  
XCVIII. Pomerius episcopus.  
XCIX. Gennadius.

5

*Cap. I.*

Iacobus, cognomento Sapiens, Nisibenae, nobilis Persarum modo civitatis episcopus fuit, unus ex numero sub Maximino persecutore confessorum et eorum, qui in Nizaena synodo Arianam perversitatem 'omousii' oppositione damnarunt. Hunc virum beatus Hieronymus in libro *ἡθικῶν* velut magnarum virtutum hominem nominans in catalogo scriptorum cur non posuerit, facile excusabitur, si consideremus ipsos tres vel quattuor Syros, quos posuit et interpretatos in 15 graecum legisse testatur. Unde constat eum illo tempore ignorasse Syrorum linguam vel litteras, et ideo hunc, qui necdum in aliam linguam versus est, necscisse scriptorem. Comprehendit autem omne opus suum in XXVI libris, id est: 'de fide', 'adversus omnes hereses', 'de caritate generali', 'de ieiunio', 'de oratione', 'de dilectione erga proximum speciali', 'de resurrectione', 'de vita post mortem', 'de humilitate', 'de patientia', 'de paenitentia', 'de satisfactione', 'de virginitate', 'de sensu animae', 'de circumcissione', 'de acini benedictione', pro quo in Isaia 25 legitur: non est exterminandus botrus, 'de Christo quod filius Dei sit et consubstantialis patri', 'de ca-

6 Bamb. et Norimb.: Nizibenae; Vat.: Nizivinae 7 'fuit' deest in Vat. et Bamb. 14 'et' deest in Vat. et Bamb. 15 Bamb. et Norimb.: se legisse 16 Bamb. et Norimb.: syram 23 haec vocabula desunt in Vat. et Bamb. et Bern. 24 Vat. et Bamb.: de censu 25 Norimb.: de acino benedicto; Vat. de agno benedictionis cf. Is. 65. 8 26 Vat.: exterminabitur; Bamb.: non exterminatus

titate', 'adversum gentes', 'de constructione tabernaculi', 'de gentium conversatione', 'de regno Persarum', 'de persecutione Christianorum'. Composuit et chronicon minoris quidem Graecorum curiositatis, sed maioris fiduciae, quia divinarum scripturarum tantum auctoritate constructum comprimit ora eorum, qui praesumptuosa suspitione de adventu antichristi vel Domini nostri inaniter philosophantur. 5

Moritur hic in Constantii temporibus et iuxta praeceptum patris eius Constantini intra muros Nisibae sepelitur ob custodiam videlicet civitatis; quod secundum fidem Constantini evenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus Nisiben et vel gloriae sepulti invidens vel fidei Constantini, cuius ob id donum persequabatur, iussit efferri de civitate sancti corporis reliquias; et post paucos menses consulentiae licet causa reipublicae Iovianus imperator, qui Iuliano successerat, tradidit barbaris civitatem, quae usque hodie Persarum ditioni cum finibus suis servit. 15

### Cap. III.

20

Iulius, urbis Romae episcopus, scripsit ad Dionysium quendam de incarnatione Domini epistolam unam, quae illo quidem tempore utilis visa est adversus eos, qui ita duas per incarnationem asserebant in Christo personas, sicut et naturas, nunc autem perniciose proferatur: fomento enim est Eutychianae et Timotheanae impietatis. 25

### Cap. II.

Paulonas presbyter, discipulus beati Ephrem diaconi, homo acris valde ingenii et in divinis scripturis 30

8 hoc loco desinit caput I in Vaticano 10 Norimb.: iuxta  
Bamb.: Niziben; Norimb.: Nizibene 19 Norimb.: subiecta  
servit 26 Bamb. et Norimb.: fomentum

doctus, sed vivente magistro clarus in doctoribus ecclesiae fuit et maxime ex tempore declamator. Post illius autem obitum amore primatus et nominis separans se ab ecclesia scripsit contraria multa fidei. Huic  
5 obiturus beatus Ephrem astanti sibi dixisse fertur: 'Vide, Paulona, ne te summittas cogitationibus tuis; sed cum te ad purum comprehendisse putaveris Deum, crede te nec intellexisse'. Praesenserat enim illum, ex studiis vel sermonibus eius, nova investigare et in  
10 immensum intellectum tendere, unde et frequenter eum Bardesanen novellum vocabat.

#### Cap. IV.

Vitellius Afer Donatistarum schisma defendens scripsit 'de eo quod odio sint mundo Dei servi'. In  
15 quo si tacuisset de nostro velut persecutorum nomine, egregiam doctrinam ediderat. Scripsit et 'adversus gentes' et adversus nos, velut traditores in persecutione divinarum scripturarum, et 'ad regulam ecclesiasticam' pertinentia multa disseruit. Claruit sub  
20 Constante, filio Constantini principis.

#### Cap. V.

Macrobius presbyter, et ipse, ut scriptis Optati cognovi, Donatianorum postea in urbe Roma occultus episcopus fuit. Scripsit, cum adhuc in ecclesia Dei  
25 presbyter esset, 'ad confessores et virgines' librum moralis quidem sed valde necessariae doctrinae et praecipue ad custodiam castitatis aptissimis valde sententiis communitum.

1 Bamb. et Bern.: ecclesiasticis      2 Bamb.: eius temporis  
6 Bamb.: committas      7 Bamb.: parum      8 Bamb.: credere  
9 Bamb. et Bern.: et immensum . . tenere  
13 Bamb.: Donatianorum      22 Bamb.: ut ex scripto      27 Bamb.: custodiendam castitatem  
28 Bamb. et Bern.: ordinatum

Claruit inter nostros primum Africae et inter suos, id est, Donatianos sive Montenses, postea Romae.

*Cap. VI.*

Heliodorus presbyter scripsit librum 'de naturis rerum exordialium', in quo ostendit unum esse principium nec quicquam coevum Deo, nec mali conditorem Deum, sed ita bonorum omnium creatorem, ut materia, quae ad malum versa est, post inventam malitiam a Deo facta sit; nec quicquam materialium absque Deo credatur conditum nec fuisse alium rerum creatorem praeter Deum, qui praescientia sua cum praevideret morti dari naturam, praemonuit de poena.

*Cap. VII.*

Pachomius monachus, vir tam in docendo, quam in signa faciendo apostolicae gratiae et fundator Aegypti cenobiorum, scripsit regulam utrique generi monachorum aptam, quam angelo dictante perceperat. Scripsit et ad collegas praepositurae suae epistulas, in quibus alphabetum mysticis tectum sacramentis, velut humanae consuetudinis excedens intelligentiam, clausit solis credo eorum gratiae vel meritis manifestum, id est, ad abbatem Cornelium unam, ad abbatem Syrum unam, ad omnium monasteriorum praepositos, ut in unum antiquius monasterium, quod lingua aegyptiaca vocatur Baum, congregati paschae diem velut aeterna lege concelebrent, epistulam unam; similiter ad diem remissionis, quae mense Augusto

2 Bamb.: Donatianos Monteses 10 Bamb.: aut Bamb.: aliarum 12 Bamb.: viderit Vat. et Bamb. et Bern.: mutandam 15 Bamb.: insignia; Vat.: quam signa 16 Vat.: monachorum 20 Vat. et Bern.: excedentem; Bamb.: excedente intelligentia 21 Bamb.: merito 25 Vat.: Bau

agitatur, ut in unum praepositi congregarentur, epistulam unam et ad fratres, qui foras monasterium missi fuerant operari, unam.

*Cap. VIII.*

5 Theodorus, successor gratiae et praepositurae supra dicti abbatis Pachomii, scripsit ad alia monasteria epistulas sanctarum scripturarum sermone digestas; in quibus tamen frequenter meminit magistri et institutoris sui Pachomii, et doctrinae eius ac vitae ponit exempla, quae ille ut doceret, angelo ministrante  
10 didicerat. Simul et hortatur permanendum in proposito cordis et studii et redire in concordiam et unitatem eos, qui post abbatis obitum dissensione facta a coetu semet ipsos absciderant unitatis. Sunt autem  
15 huius exhortationis epistolae tres.

*Cap. IX.*

Oresiesis monachus, amborum, id est, Pachomii et Theodori collega, vir in scripturis sanctis ad perfectum eruditus, confecit librum divino conditum sale  
20 totiusque monasticae disciplinae instrumentis constructum et, ut simpliciter dicam, in quo totum paene vetus et novum testamentum compendiosis dissertationibus iuxta monachorum dumtaxat necessitatem, invenitur expositum; quem tamen vice testamenti prope  
25 diem obitus sui fratribus obtulit.

*Cap. X.*

Macarius, monachus ille Aegyptius, signis et virtutibus clarus, unam tantum ad iuniores professionis

1 Bamb.: agitur      10 Bamb.: administrante      12 unanimi-  
tatem      13 Bamb.: discessione      17 Vat.: Oriensis; Bern.:  
Orestesis      19 Bamb.: instructus      21 Bamb.: in totum  
22 Vat. et Bamb. et Bern.: dissertationibus

suae scripsit epistolam, in qua docet illum perfecte Deo posse servire, qui condicionem creationis suae cognoscens ad omnes semet ipsum inclinaverit labores et luctando adversum omne quod in hac vita suave est atque auxilium implorando ad naturalem perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit. 5

*Cap. XI.*

Euagrius monachus, supra dicti Macarii familiaris discipulus, divina et humana litteratura instructus atque insignis, cuius etiam liber, qui additulatur 'vita patrum', velut continentissimi et eruditissimi viri mentionem facit, scripsit multa monachis necessaria, e quibus ista sunt: 'adversus octo principalium vitiorum suggestiones', quas aut primus advertit aut inter primos didicit, octo ex sanctarum tantum scripturarum testimoniis opposuit libros, ad similitudinem videlicet Domini, qui temptatori suo semper scripturarum testimoniis obviavit, ita ut unaquaeque vel diaboli vel vitiatæ naturæ suggestionum contra se habeat testimonium. 20 Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in graeco inveni, iussus in latinum transtuli. Composuit et anachoretis simpliciter viventibus librum 'centum sententiarum' per capitula digestum et eruditus ac studiosis viris 'quingenta sententiarum', 25 quem ego latinum primus feci. Nam superiorem olim translatum, quia vitiatum et per tempus confusum vidi, partim reinterpretaudo partim emendando auctoris veritati restitui. Composuit et cenobitis ac synodis doctrinam aptam vitae communis et ad virginem 30 Deo sacram libellum competentem religioni et sexui. Edidit et paucas sententiolas valde obscuras et, ut

3 Bamb.: labores luctando atque . . . . 5 Bamb.: naturalem quoque 10 Vat.: mundana

ipse in his ait, solis monachorum cognoscibiles, quas similiter ego in latinis edidi.

### Cap. XII.

Theodorus, Antiochenae ecclesiae presbyter, vir  
5 scientia cautus et lingua disertus, scripsit adversus  
Apollinaristas et Anomoeos 'de incarnatione Domini'  
libros quindecim ad XV milia versuum continentes,  
in quibus ratione purissima et testimoniis scriptura-  
rum ostendit Dominum Jesum sicut plenitudinem dei-  
10 tatis, ita plenitudinem humanitatis habuisse. Docet  
et hominem duabus tantum substantiis constare, id est,  
anima et corpore, sensumque et spiritum non alteram  
substantiam, sed officia esse animae ingenta, quibus  
inspirat, quibus rationalis est, quibus sensibile facit  
15 corpus. Quartum decimum autem huius operis librum  
proprie de increata et sola incorporea dominaque om-  
nium sanctae Trinitatis natura et de creaturarum ratione  
disserens pio sensu cum auctoritate sanctarum scriptu-  
rarum explicuit. Quinto decimo vero volumine totum  
20 operis sui corpus citatis etiam patrum traditionibus  
confirmavit et communivit.

### Cap. XIII.

Prudentius, vir saeculari litteratura eruditus, com-  
posuit *διερωγῶν* de toto veteri et novo testamento  
25 personis excerptis. Commentatus est et in morem  
Graecorum hexameron de mundi fabrica usque ad  
condicionem hominis et praevaricationem eius. Com-

2 Bamb.: latinis dedi; Bern.: latinis edidi 6 (= *Ἀνομολογῶν*; Bamb.: anomeos) 7 Vat.: ad versus continentes; Bamb.: ad XV . . . 14 Bamb. et Bern.: rationalis 24 Vat.: trocheum; Bamb.: trocheum; Bern.: dithrocheum. Quid *διερωγῶν* sit, non liquet. Ceterum confer Ebert, „Geschichte der christl.-lat. Litteratur“.

posuit et libellos, quos graeca appellatione praetitulavit ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἀμαρτιγένεια, id est, de divinitate, de compugnancia animi, de origine peccatorum; fecit et 'in laudem martyrum' sub aliquorum nominibus invitatorium ad martyrium librum unum 5 et 'hymnorum' alterum, speciali tamen intentione adversus Symmachum idololatriam defendentem, ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse.

#### Cap. XIV.

Audentius, episcopus Hispanus, adversus Manichaeos scripsit et Sabellianos et Arianos maximeque speciali intentione contra Photinianos, qui nunc Bonosiaci dicuntur, librum quem praetitulavit 'de fide adversos hereticos', in quo ostendit antiquitatem Filii Dei coaeternalem Patri fuisse nec initium deitatis tunc 15 a Patre Deo accepisse, cum Maria matre virgine homo Deo fabricante conceptus et natus sit.

#### Cap. XV.

Commodianus dum inter saeculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque Christianus et volens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo, suae salutis auctori, scripsit mediocri sermone quasi versu 'adversus paganos'. Et quia parum nostrarum adtigerat litterarum, magis illorum destruere potuit dogmata, quam nostra. Unde 25 et de divinis repromissionibus adversus illos agens vili satis et crasso ut ita dixerim sensu disseruit, illis

3 Vat.: compunctione 11 Bamb. et Bern.: maxime quoque 12 Vat.: Fotinianos 19 Vat.: Commodianus inter.... legeret 'etiam nostras' deest in Bamb. 22 Bamb.: munus 24 Bamb.: patrum nostrorum 25 hoc vocabulum deest in Vat. et Bamb.; Bern.: documenta 26 Bamb. et Bern.: promissionibus



stuporem, nobis desperationem incutiens. Tertullianum et Lactantium et Papiam auctores secutus moralem sane doctrinam et maxime voluntariae paupertatis amorem prosecutus studentibus inculcavit.

5

*Cap. XVI.*

Faustinus presbyter scripsit ad personam Flaccillae reginae 'adversum Arianos et Macedonianos' libros septem, his eos maxime scripturarum testimoniis arguens et convincens, quibus illi pravo sensu utuntur ad blasphemiam. Scripsit et librum quem Valentiniano, Theodosio et Arcadio imperatoribus pro defensione suorum cum Marcellino quodam presbytero obtulit, ex quo ostenditur Luciferiano schismati consensisse, quia Hilarium Pictaviensem et Damasum, urbis  
15 Romae episcopos, in eodem libro culpato, quasi male consuluerint ecclesiae, quod praevaricatores episcopos in communionem et sacerdotium pacis recuperandae gratia recepissent; quod Luciferianis ita displicuit recipere episcopos, qui in Ariminensi concilio Arianis  
20 communicaverant, ut Novatianis apostatas paenitentes.

*Cap. XVII.*

Rufinus, Aquileiensis ecclesiae presbyter, non minima pars doctorum ecclesiae, et in transferendo de graeco in latinum ingenium habuit; denique  
25 maximam partem Graecorum bibliothecae Latinis exhibuit, Basilii scilicet Caesariensis Cappadociae episcopi, Gregorii Nazianzeni, eloquentissimi hominis, Clementis Romani 'recognitionum' libros, Eusebii Caesariensis

4 Bamb.: optime prosecutus      12 Bamb.: Marcello  
Vat. et Bern.: quondam      13 Bern.: ostendit      14 Bamb. et  
Bern.: qui      20 Vat.: quo Novatiani apostatis; Bamb.: quo  
Novatianos apostatas; Bern.: quoniam . . .

'Palaestinae ecclesiasticam historiam', Hysti Romani  
'sententias', Euagrii 'sententias', Pamphili martyris  
'adversum mathematicos'. Horum omnium quaecum-  
que praemissis prologis a Latinis leguntur, a Rufino  
interpretata sunt; quae vero sine prologo, ab alio 5  
translata sunt, qui prologum facere noluit; Origenis  
autem non omnia, quia et Hieronymus transtulit ali-  
quanta quae suo prologo discernuntur. Proprio autem  
labore, immo gratiae Dei dono exposuit idem Rufinus  
'symbolum', ut in eius comparatione alii nec expo- 10  
suisse credantur. Disseruit et 'benedictionem Iacob  
super patriarchas' triplici, id est, historico, morali et  
mystico sensu. Scripsit et epistulas ad timorem Dei  
hortatorias multas, inter quas eminent illae, quas 'ad  
Probam' dedit. Historiae etiam ecclesiasticae, quam 15  
ab Eusebio conscriptam et ab isto diximus interpretatam,  
addidit decimum et undecimum libros. Sed et  
obtrectatori opusculorum suorum respondit duobus  
voluminibus, arguens et convincens se Dei intuitu et  
ecclesiae utilitate Domino auxiliante ingenium agita- 20  
visse, illum vero aemulationis stimulo incitatum ad  
obloquium stilum vertisse.

### Cap. XVIII.

Tichonius Afer, in divinis litteris eruditus, iuxta  
historiam sufficienter et in saecularibus non ignarus 25  
fuit et in ecclesiasticis quoque negotiis studiosus.  
Scripsit 'de bello intestino' libros et 'expositiones  
diversarum causarum', in quibus ob suorum defensionem  
antiquarum meminit synodorum. E quibus agnoscitur  
Donatianae partis fuisse. Composuit et 'regulas' ad 30  
investigandam et comprehendendam intelligentiam

7 Vat.: transfudit      14 Bamb.: praenitent      24 Bamb.:  
natus Africae      29 Bamb.: e quibus omnibus      31 Bamb.:  
inveniendam

scripturarum VIII, quas uno volumine conclusit. Exposuit et apocalypsin Iohannis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spiritale. In qua expositione dixit angelicam rationem corpus esse. Mille  
 5 quoque annorum regni in terra iustorum post resurrectionem futuri suspensionem tulit; neque duas in carne mortuorum resurrectiones futuras, unam iustorum et alteram iniustorum, sed unam et insemel omnium in qua resurgent etiam abortivi, deformati, ne quid  
 10 humani generis deformatum et animatum intereat, ostendit. Distinctionem sane duarum resurrectionum ita facit, ut primam, quam iustorum Apocalypsis dicit, credamus modo in ecclesiae incremento agi, ubi iustificati per fidem a morticinis peccatorum suorum per  
 15 baptismum ad vitae aeternae stipendium suscitantur, secundam vero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic vir aetate, qua ante memoratus Rufinus, Theodosio et filiis eius regnantibus.

*Cap. XIX.*

20 Severus presbyter, cognomento Sulpicius, Aquitanicae provinciae, vir genere et litteris nobilis et paupertatis amore conspicuus, carus etiam sanctorum virorum, Martini, Turonensis episcopi et Paulini Nolani, scripsit non contemnenda opuscula. Nam  
 25 epistulas 'ad amorem Dei et contemptum mundi hortatorias' scripsit sorori suae multas, quae et notae sunt. Scripsit ad supra dictum Paulinum Nolanum duas et ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiam familiaris necessitas inserta est, non digeruntur. Composuit et 'chronica'. Scripsit et ad multorum profectum  
 30 'vitam beati Martini', monachi et episcopi, signis et prodigiis ac virtutibus illustri viri, et 'conlationem

4 Vat.: stationem      8 Bamb.: aliam      Vat.: in semel  
 (ἐἰς ἀπαξ); Bamb.: et tunc semel      9 Bamb.: surgunt  
 18 Bamb.: filio      22 Bamb.: atque humilitatis

Postumiani et Galli' se mediante et iudice de conversatione monachorum orientalium et ipsius Martini habitam in dialogi speciem duabus incisionibus comprehendit. In quarum priore refert suo tempore apud Alexandriam synodo episcoporum decretum, Origenem 5 et cautius a sapientibus pro bonis legendum et a minus capacibus pro malis repudiandum. Hic in senecta sua a Pelagianis deceptus et agnoscens loquacitatis culpam silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus 10 emendaret.

*Cap. XX.*

Antiochus episcopus scripsit 'adversum avaritiam' unum et grande volumen et 'in curatione caeci', qui a Salvatore inluminatus est, homiliam composuit 'de 15 compunctione timoris Dei et humilitate'. Moritur Arcadii imperatoris tempore.

*Cap. XXI.*

Severianus, episcopus Gabalensis ecclesiae, in divinis scripturis eruditus et in homiliis declamator admirabilis fuit. Unde et frequenter ab episcopo Iohanne et Arcadio imperatore ad faciendum sermonem Constantinopolim evocabatur. Legi eius 'expositionem in epistolam ad Galatas' et 'de baptismo et Epiphaniae sollemnitate' libellum gratissimum. Moritur iuniore 25 Theodosio, filio suo in baptismo, imperante.

*Cap. XXII.*

Niceas, Romatianae civitatis episcopus, composuit simplici et nitido sermone sex competentibus

7 Bamb.: sapientibus Bamb.: refutandum 14 Bamb.: longum 16 Bamb.: compunctione . . . plenam 24 Bamb.: Theophaniae 28 Vat.: Niceta

ad baptismum instructionis libellos; quorum primus  
continet, 'qualiter se debeant competentes, qui ad bap-  
tismi gratiam cupiunt pervenire, agere'; secundus 'de  
gentilitatis erroribus', in quo indicat suo paene tem-  
5 pore Melodium quendam patrem familias ob libera-  
litate[m] et Gadarium rusticum ob fortitudinem ab eth-  
nicis inter deos relatos; tertius liber 'de fide uniceae  
maiestatis', quartus 'adversus genethliologiam', quintus  
'de symbolo', sextus 'de agni paschalis victima'; dedit  
10 et 'ad lapsam virginem' libellum, omnibus labentibus  
emendationis incentivum.

*Cap. XXIII.*

Olympius episcopus, natione Hispanus, scripsit  
librum fidei adversus eos, qui naturam et non arbitrium  
15 in culpam vocant, ostendens non creatione, sed inoboe-  
dientia insertum naturae malum.

*Cap. XXIV.*

Bachiarius, vir christianae philosophiae, nudus et  
expeditus vacare Deo disponens etiam peregrinationem  
20 pro conservanda propositi integritate elegit. Edidisse  
dicitur grata opuscula, sed ego de illis unum tantum  
'de fide' librum legi, in quo satisfacit pontifici urbis  
adversus querulos et infamatores peregrinationis suae  
et indicat se non timore hominum, sed Dei peregrina-  
25 tionem suscepisse, ut exiens de terra et cognatione  
sua coheres fieret Abrahae patriarchae.

1 Vat.: in quorum primo continet; Bamb.: in quibus primus  
continet 4 Bamb.: dicit 5 Vat.: Meligidium; Bamb.:  
Malchidium Vat.: libertatem 6 Vat.: Garatium 8 Vat.  
et Bamb.: genealogiam 18 Bamb.: vir philosophiae deditus  
20 Bamb. et Norimb.: propter 22 Norimb.: libellum  
24 Bamb. et Norimb.: dei causa

*Cap. XXV.*

Sabbatius, Gallicanae provinciae episcopus, rogatus a quadam casta et Christo dedicata virgine, Secunda nomine, composuit librum 'de fide' adversus Marcionem et Valentinum, eius auctorem, et adversus Eunomium 5 et eius magistrum Aëtium, ostendens et ratione et testimoniis scripturarum, unum esse deitatis principium, unum esse Deum aeternitatis auctorem et mundi ex nihilo conditorem, simulque et de Christo, quod non in phantasia homo apparuerit, sed veram habuerit 10 carnem, per quam manducando bibendo, lassando plorando, patiendo moriendo, resurgendo verus probatus sit homo. His enim sententiis Marcion et Valentinus contrarii exstiterunt asserentes duo deitatis principia et Christum venisse in phantasia. Aëtio vero et Eunomio, disci- 15 pulo eius, ostendit Patrem et Filium non duarum esse naturarum et divinitate parillum, sed unius essentiae et alterum ex altero, id est, ex patre Filium, alterum alteri coaeternum, cui credulitati Aëtius et Eunomius contra dicunt. 20

*Cap. XXVI.*

Isaac scripsit 'de sancta Trinitate' et 'de incarnatione Domini' obscurissimae disputationis et involuti sermonis confirmans ita in una deitate tres esse personas, ut tamen sit aliquid in singulis proprium, quod 25 non habet alia, Patrem scilicet hoc habere proprium, quod ipse sine origine origo sit aliorum; Filium hoc habere proprium, quod genitus genitore non sit posterior. Spiritum sanctum hoc habere proprium, quod nec factus nec genitus et tamen sit ex altero. De incarna- 30

8 Vat.: ipsumque esse et suae aeternitatis . . . Bamb.: ipsumque esse et deitatis et aeternitatis . . . 12 Norimb.: est 13 hoc vocabulum deest in Bamb. et Norimb. 22 Bamb.: de sanctae trinitatis una substantia; Norimb.: de . . . tribus personis. 24 'ita' deest in Vat.

tione Domini ita scripsit, ut manentibus in eo duabus naturis una credatur Filii Dei persona.

*Cap. XXVII.*

Ursinus monachus scripsit adversus eos, qui rebaptizandos hereticos decernunt, docens nec legitimum esse nec Deo dignum, rebaptizari illos qui in nomine simpliciter Christi vel in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, quamvis pravo sensu baptizentur, sed post sanctae Trinitatis et Christi simplicem confessionem sufficere ad salutem manus impositionem catholici sacerdotis.

*Cap. XXVIII.*

Macarius alter monachus scripsit in urbe Roma 'adversus mathematicos' libros, in quo labore orientalium quaesivit solatia scripturarum.

*Cap. XXIX.*

Heliodorus, Antiochenus presbyter, edidit de virginitate egregium et sanctis scripturis instructum volumen.

*Cap. XXX.*

Iohannes, Constantinopolitanus episcopus, admirandae scientiae vir et ita ac sanctitate hominibus imitandus, scripsit multa et valde necessaria omnibus ad divina properantibus praemia; e quibus sunt illa: 'de compunctione animae' liber unus, 'neminem laedi nisi a semet ipso', 'in laudem beati Pauli apostoli'

1 Bamb. et Norimb.: de incarnatione vero ita; Bamb. et Norimb.: ea 13 Bamb. et Norimb.: alius 14 Bamb. et Norimb.: librum 17 Bamb. et Norimb.: H. alius Norimb.: Antiochiae 20 Huius Iohannis Bamb. et Norimb. aliique mentionem non faciunt. Confer caput XXI, in quo haud scio an idem Iohannes memoretur.

volumen egregium, 'de excessibus et offensione Eutropii praefecti praetorio', et multa alia, ut diximus, quae a diligentibus possunt inveniri.

*Cap. XXXI.*

Iohannes alter, Hierosolymorum episcopus, scripsit 5  
'adversus obtrectatores studii sui' librum, in quo ostendit  
se Origenis ingenium, non fidem secutum.

*Cap. XXXII.*

Paulus episcopus scripsit 'de paenitentia' libellum,  
in quo dat legem paenitentibus, ita dolere debere pro 10  
peccatis, ne supra mensuram desperationis tristitia  
mergantur.

*Cap. XXXIII.*

Helvidius, Auxentii discipulus, Symmachi imitator,  
scripsit religionis quidem studio, sed non secundum 15  
scientiam librum neque sermone neque ratione nitidum,  
cuius opere ita sanctarum scripturarum sensum ad  
suam perversitatem inflectere conatus est, ut earum  
testimoniis asserere voluerit, sanctam Mariam post  
nativitatem Domini, quem virgo peperit, Ioseph sponso 20  
suo iunctam et ex eius consortio filios suscepisse, qui  
fratres Domini appellati sunt; cuius pravitatem Hiero-  
nymus arguens libellum documentis scripturarum suffi-  
cienter satiatum adversus eum edidit.

11 Bamb.: ne . . tristitia in mensuram desperationis; Norimb.:  
ne . . tristitiae immensitate desperationis 14 Bamb.: absenti  
15 Bamb.: quendam 16 Bamb.: narratione; Vat.: neque  
sermone nitido neque ratione; Norimb.: neque vera ratione  
17 Norimb.: in cuius 20 Bamb.: quae 23 Bamb.: libros  
suos — refertos; Norimb.: factum



Cap. XXXIV.

Theophilus, Alexandrinae ecclesiae episcopus, scripsit  
adversus Origenem unum et grande volumen, in quo  
omnia paene dicta et ipsum pariter damnat, simul  
5 docens non a se eum primum, sed ab antiquis patribus  
et maxime Heracla fuisse et presbyterio nudatum et  
ecclesia pulsum et de civitate fugatum; sed et adversum  
anthropomorphitas hereticos, qui dicunt Deum humana  
figura et membris constare; disputatione longissima  
10 et divinarum scripturarum testimoniis arguens et con-  
vincens eos ostendit Deum incorporeum iuxta patrum  
fidem credendum neque ullis omnino membrorum  
lineamentis compositum, et ob id nihil ei in creaturis  
simile per substantiam, nec cuiquam incorruptibilitatem  
15 vel immobilitatem aut incorporeitatem suae dedisse  
naturae; sed esse omnes intellectuales naturas corporeas,  
omnes corruptibiles, omnes mutabiles, ut ille solus  
corruptibilitati non subiaceat. Paschalem etiam recur-  
sum, quem magna apud Nicaeam synodus post XCV  
20 annos agi in tempore et die et luna secundum suum  
statum invenerat, additis quibusdam ipsius festivitatis  
rationibus et expositionibus, Theodosio principi obtulit.  
Legi et tres libellos 'fidei' sub nomine eius titulos,  
sed, quia lingua inconsonans est, non valde credidi.

2 Bamb. et Norimb.: civitatis      4 Bamb. et Norimb.: eius  
dicta      Bamb. et Norimb.: ac simul      6 Bamb. et Norimb.:  
a presb. eiectum      7 Bamb. et Norimb.: de ecclesia      Norimb.:  
'adversum' non habet      10 Bamb.: disp. long. confutans et  
convincens; Norimb.: disp. long. confutans et divinarum . . .  
15 haec desunt in Norimb.      18 Bamb. et Norimb.: et muta-  
bilitati      Vat. addit: qui solus habet immortalitatem et vitam;  
Norimb.: qui solus habet immort.      19 Vat. et Bamb. et Norimb.:  
quod      21 Norimb.: festivitatis      23 Bamb. et Norimb.:  
de fide libros

Cap. XXXV.

Eusebius scripsit 'de crucis Domini mysterio' et apostolorum praecipueque Petri constantia virtute crucis indepta.

Cap. XXXVI.

5

Vigilantius presbyter, natione Gallus, Hispaniae Barcelonensis parochiae ecclesiam tenuit. Scripsit et ipse zelo quidem religionis aliqua, sed victus humana laude et praesumens supra vires suas, homo lingua politus, non sensu scripturarum exercitatus, exposuit 10 pravo ingenio secundam Danielis visionem, et alia locutus est frivola, quae in catalogo hereticorum necessario exponuntur. Huic et beatus Hieronymus presbyter respondit.

Cap. XXXVII.

15

Simplicianus episcopus multis epistulis hortatus est Augustinum adhuc presbyterum, agitare ingenium et expositioni scripturarum vacare, ut etiam novus quidam Ambrosius, Origenis *ἐρροδιώπης* videretur. Unde et multas ad eius personam absolvit scriptura- 20 rum quaestiones. Est et eius epistula 'propositionum', in qua interrogando quasi disciturus docet docturum.

Cap. XXXVIII.

Vigilius episcopus scripsit ad quendam Simplicianum 'in laudem martyrum' libellum et epistolam 25 continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum.

3 Bamb.: constantiam virtute indeptam; Norimb.: constantiam virtute crucis, fidei virtute indemtam 8 vocabula: zelo — religionis, desunt in Norimb. 14 Bamb. et Bern.: exponitur Haec verba desunt in Vat. et in Norimb. 16 Norimb.: episc. Mediolanensis 18 Norimb.: expositionibus 21 Vat.: ut est eius epistula 22 Bamb.: interrogando disciturus docet doctrinam

*Cap. XXXIX.*

Augustinus Afer, Hipponensis oppidi episcopus, vir eruditione divina et humana orbi clarus, fide integer, vita purus scripsit, quanta nec inveniri possunt. Quis enim gloriatur omnia se illius habere? aut quis tanto studio legat, quanto ille scripsit? Edidit etiam senex quos juvenis coeperat 'de Trinitate' libros XV, in quibus, ut scriptura ait, introductus in cubiculum regis et decoratus veste multifaria sapientiae Dei, exhibuit ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi. De incarnatione Domini quoque idoneam edidit pietatem, de resurrectione etiam mortuorum simili cucurrit sinceritate, licet minus capacibus dubitationem de abortivis fecerit.

15

*Cap. XL.*

Orosius presbyter Hispani generis, vir eloquentissimus et historiarum cognitor, scripsit adversus querulos Christiani nominis, qui dicunt defectum Romanae reipublicae Christi doctrina inventum libros VII, in quibus paene totius mundi calamitates et miseriae ac bellorum inquietudines replicans ostendit magis christianae observantiae esse, quod contra meritum suum res Romana adhuc duraret et pace culturae Dei pacatum retineret imperium. Sane in primo libro

2 Bamb.: Hipponae regiae      5 Bamb. et Norimb.: ego  
6 Hoc loco Norimberg. haec verba addit: unde ex multa eloquentia accidit quod dixit per Salomonem Spiritus sanctus: ex multiloquio non effugies peccatum      Bamb. iam; Norimb.: tamen      7 Alii: quod      14 Vat.: egerit      Bamb. eliceret. hoc loco Bamb. addit: catholicus permansit; Norimb.: error tamen illius sermone multo, ut dixi, contractus, lucta hostium exaggeratus necdum heresis quaestionem absolvit      16 Norimb.: Hispanus genere      20 Bamb.: mundi tempora, cal.; Norimb.: mundi temporis cal.      22 Norimb.: observationis

descripsit positionem orbis interfusione et Tanais limitibus intercisam, situm locorum, nomina et numerum moresque gentium, qualitates regionum, initia bellorum et tyrannidis exordia finitimorum sanguine dedicata. Hic est Orosius, qui ab Augustino pro discenda animae ratione ad Hieronymum missus rediens reliquias beati Stephani, primi martyris, tunc nuper inventas primus intulit Occidenti. Claruit extremo Honorii imperatoris tempore. 5

Cap. XLI.

10

Maximus, Tauriensis ecclesiae episcopus, vir in divinis scripturis satis intentus et ad docendam ex tempore plebem sufficiens, composuit in laudem apostolorum tractatus et Iohannis Baptistae et generalem omnium martyrum homiliam. Sed et de capitulis evangeliorum et actuum apostolorum multa sapienter exposuit; fecit et duos 'de sancti Eusebii vita', Vercellensis episcopi et confessoris tractatus, et de sancti Cypriani; specialem 'de baptismi gratia' librum edidit. 'De avaritia', et 'de hospitalitate', 'de defectu lunae', 'de elemosynis', 'de eo quod scriptum est in Esaia: caupones tui miscuerunt vinum aqua', 'de passione Domini', 'de ieiunio servorum Dei generali', 'de ieiunio speciali quadragesimae', et 'quod non sit in eo iocandum', 'de Iuda traditore', 'de cruce Domini', 'de sepulcro eius', 'de resurrectione ipsius', 'de accusato et iudicato apud Pilatum Domino', 'de Calendis Ianuariis', 20 25

1 Norimb.: interfuisse Vat. et Bamb.: Tanai 4 Bamb. et Norimb.: finitimo 9 Bamb.: extremo paene Honorio imperium tenente; Norimb.: extremo paene Honorii tempore 12 Norimb.: docendum 15 Bamb. et Vat. et Norimb.: omeliam 17 Norimb.: conversatione 19 Bamb.: speciali; in Norimb. 'specialem' omnino deest 21 *Esaia* 1, 22 22 Vat.: miscunt vino aquam; Bamb.: miscent . . 25 Vat.: raptore 26 Norimb.: Domini 27 Norimb.: Ianuarii

homiliam 'de natali Domini', homilias et 'de Epiphania' et 'de pascha' et 'de Pentecoste' multas et 'de hostibus carnalibus non timendis', 'de gratiis post cibum Deo agendis', 'de paenitentia Ninivitarum', et  
5 multas alias eius homilias de diversis causis editas legi, quas nec retineo. Moritur Honorio et Theodosio iuniore regnante.

*Cap. XLII.*

Petronius Bononiensis episcopus, vir sanctae vitae  
10 et monachorum studiis ab adulescentia exercitatus, scripsisse putatur vitas patrum Aegypti monachorum, quas velut speculum ac normam professionis suae monachi amplectuntur. Legi sub eius nomine 'de ordinatione episcopi' ratione et humilitate plenum tractatum,  
15 tum, quam lingua elegantior ostendit non ipsius esse, sed ut quidam dicunt, patris eius, eloquentissimi et eruditissimi in saecularibus litteris viri. Et credendum. Nam et praefectum praetorio fuisse se in ipso tractatu designat. Moritur Theodosio et Valentiniano  
20 regnantibus.

*Cap. XLIII.*

Pelagius heresiarches, antequam proderetur hereticus esse, scripsit studiosis necessaria: tres de fide Trinitatis libros et pro actuali conversatione eclogarum  
25 ex divinis scripturis librum unum capitulorum

1 Bamb.: theophania      5 Bamb.: de diversis legi  
Norimb.: habitas      6 Vat. et Bamb.: quae      7 Bamb. et  
Norimb.: regnantibus      14 Norimb.: et humanitate vel  
15 Vat.: linguae elegantia      16 Bamb. et Norimb. repetunt:  
Petronii      17 haec desunt in Norimb.      18 Bamb. et Norimb.: praetorii 'fuisse' deest in Vat.      19 Norimb.: Theodosio Arcadii filio; Bamb.: Theodosio et placido Val.      23 'esse' deest in Bamb. et Norimb.      Norimb.: studiosis viris  
24 Bamb.: actu et

indiciis in modum sancti Cypriani martyris praesignatum. Postquam vero hereticus publicatus est, scripsit heresi suae faventia.

*Cap. XLIV.*

Innocentius, urbis Romae episcopus, scripsit decretum occidentalium ecclesiarum adversus Pelagianos datum, quod postea successor eius papa Zosimus latius promulgavit.

*Cap. XLV.*

Caelestius, antequam Pelagio concurreret, immo adhuc adulescens, scripsit ad parentes suos 'de monasterio' epistulas in modum libellorum tres omni Deum desideranti necessarias morales, siquidem in eis dictio nihil vitii postmodum proditi, sed totum ad virtutis incitamentum argumentum tenuit.

*Cap. XLVI.*

Iulianus episcopus, vir acer ingenio, in divinis scripturis doctus, Graeca et Latina lingua scholasticus, priusquam impietatem Pelagii in se aperiret, clarus in doctoribus ecclesiae fuit. Postea vero heresim Pelagii defendere nisus scripsit adversum Augustinum, impugnatorem illius, libros IV et iterum libros VII. Est et liber altercationis amborum partes suas defen-

2 Bamb. et Norimb.: post hereticus publicatus 6 Bamb. et Norimb. addunt: et orientalium 10 Norimb.: Caelestinus Norimb.: Pelagianum dogma incurreret 12 Bamb.: epistulam . . libelli 14 Vat.: nihil ibi vitii 15 vocabulum 'argumentum' inveni in Vat. in capite sequenti post: Iulianus episcopus; omnes scribunt: ad incitamentum tenuit; quod sensu caret 17 Bamb. et Norimb.: episcopus Campanus Bamb.: acer in negotio Norimb.: acris ingenii 19 Vat. et Bamb.: prius ergo quam 23 Bamb.: ambarum partium

dentium. Hic Iulianus eleemosynis tempore famis et  
angustiae indigentibus prorogatis multis miserationum  
specie nobilium praecipueque religiosorum iniciens  
heresi suae sociavit. Moritur Valentiniano, Constantii  
5 filio, imperante.

*Cap. XLVII.*

Lucianus presbyter, vir sanctus, cui revelavit Deus  
temporibus Honorii et Theodosii Augustorum, locum  
sepulcri et reliquiarum corporis sancti Stephani, primi  
10 martyris, scripsit ipsam revelationem ad omnium ec-  
clesiarum personam Graeco sermone.

*Cap. XLVIII.*

Avitus presbyter, Hispani generis, ante latam Lu-  
ciani presbyteri scripturam in Latinum transtulit ser-  
monem et adiecta epistula sua per Orosium presby-  
15 terum occidentalibus edidit.

*Cap. XLIX.*

Paulinus, Nolae Campaniae episcopus, composuit  
versu brevia, sed multa; et ad Celsum quendam epi-  
20 taphii vice consolatorium libellum 'super morte chri-  
stiani et baptizati infantis' spe christiana munitum,  
et ad Severum plures epistulas et ad Theodosium im-  
peratorem ante episcopatum prosa panegyricum 'super  
victoria tyrannorum', eo maxime, quod fide et oratione  
25 plus quam armis vicerit. Fecit et sacramentorum opus  
et hymnorum. Ad sororem quoque epistulas multas  
'de contemptu mundi' dedit, et de diversis causis di-  
versa disputatione tractatus edidit. Praecipuus tamen

2 Bamb.: omnibus suis prorogatis      4 Bamb.: Valenti-  
niano et Constantio filio eius imperantibus      13 Bamb.: Hi-  
spanus genere      Bamb.: relatum      14 Bamb.: revelationem  
Vat.: latino sermone      16 Bamb.: dedit      19 Bamb.:  
brevi      26 Bern.: hymnarium      27 Bamb.: diversos dispu-

omnium eius opusculorum est liber 'de paenitentia' et 'de laude generali omnium martyrum'. Claruit temporibus Honorii et Valentiniani non solum observatione et sanctitate vitae, sed etiam potentia adversum daemones.

5

*Cap. L.*

Eutropius presbyter scripsit ad duas sorores, ancillas Christi, quae ob devotionem pudicitiae et amorem religionis exheredatae sunt a parentibus, epistulas in modum libellorum consolatorias eleganti et aperto sermone duas, non solum ratione, sed etiam testimoniis scripturarum munitas.

*Cap. LI.*

Euagrius alius scripsit altercationem Simonis Iudaei et Theophili Christiani, quae paene omnibus nota est.

*Cap. LII.*

Vigilius Diaconus composuit ex traditione patrum 'monachorum regulam', quae in cenobio ad profectum fratrum in conventu legitur, breviato et aperto sermone totius monasticae professionis in se tenentem disciplinam.

*Cap. LIII.*

Atticus, Constantinopolitanus episcopus, 'scripsit ad reginas Arcadii imperatoris filias 'de fide et virginitate' librum valde egregium, in quo praeveniens Nestorianum dogma impugnat.

*Cap. LIV.*

Nestorius heresiarches, cum in Antiochena ecclesia presbyter insignis ex tempore declamator habere-  
tationis tractatus 29 Bamb.: Nestor 30



tur, composuit infinitos tractatus diversarum ὑποθέσεων, in quibus iam subtili nequitia infudit postea proditae impietatis venena, quae moralis interdum occultabat suadela. Postquam vero eloquentia et ab-

5 stinencia commendante Constantinopolitanae ecclesiae pontificatu est donatus, apertum se hostem, quem diu celabat, ostendens scripsit librum 'quasi de incarnatione Domini' sexaginta et duobus divinae scripturae testimoniis pravo sensu constructum, in quo quid as-

10 severaverit, in catalogo hereticorum monstrabitur.

*Cap. LV.*

Caelestinus, urbis Romae episcopus, decretum synodi adversum supra dictum Nestorium habitum volumen describens ad Orientis et Occidentis ecclesias

15 dedit confirmans duabus in Christo manentibus perfecte naturis unam Filii Dei credendam esse naturam. Huic sententiae supra dictus Nestorius ostensus est esse contrarius. Similiter etiam Xystus, successor Caelestini, pro eadem re et ad ipsum Nestorium et ad

20 Orientis episcopos adversum errorem eius occidentaliolum sententias direxerat.

*Cap. LVI.*

Theodorus, Ancyranus Galatiae episcopus, scripsit adversum Nestorium, adhuc Ephesi positus librum

25 redargutionis et confutationis dialectica quidem arte ordinatum, sed auctoritate sacrarum scripturarum detextum.

Multis enim assertionibus usus est, antequam scripturarum testimonia poneret.

6 Bern.: episcopatu Bern.: hostem ecclesiae 9 Bern.:  
quicquid 10 Bern.: demonstrabitur 12 Bern.: decreta  
13 Bamb.: dictavit habitum 18 Bamb.: similes Bamb.:  
*Sixtus* 20 Bern.: succidendum

*Cap. LVII.*

Fastidius, Britannorum episcopus, scripsit ad Fatalem quendam 'de vita christiana' librum et alium 'de viduitate servanda' sana et Deo digna doctrina.

*Cap. LVIII.*

6

Cyrillus, Alexandrinae ecclesiae episcopus, edidit variarum *ὑποθέσεων* tractatus, homilias etiam composuit plurimas, quae ad declamandum a Graeciae episcopis memoriae commendantur. Praeterea libri eius sunt 'de synagogae defectu', 'de fide adversus 10 hereticos', et peculiari intentione adversus Nestorium compositus, qui attitulatur *ἐλεγχος*, in quo omnia Nestorii occulta panduntur et prodita confutantur.

*Cap. LIX.*

Timotheus episcopus composuit librum 'de nati- 15 vitate Domini secundum carnem', quam credit in epiphania factam.

*Cap. LX.*

Leporius adhuc monachus, post presbyter, praesumens de puritate vitae quam arbitrio tantum et conatu proprio, non Dei se adjutorio obtinuisse credebatur, Pelagianum dogma coeperat sequi. Sed a Gallicanis doctoribus admonitus et in Africa per Augustinum adeo emendatus scripsit emendationis suae libellum, in quo et satisfacit de errore et gratias agit de 25 emendatione; simul et quod male senserat de incarnatione Christi corrigens catholicam sententiam tulit dicens manentibus in Christo duabus naturis unam credi Filii Dei personam.

*Cap. LXI.*

30

Victorinus, rhetor Massiliensis, ad filii sui, Etherii, personam commentatus est in Genesim, id est, a prin-

cipio libri usque ad obitum patriarchae Abrahae et tres versu edidit libros Christiano quidem et pio sensu, sed utpote saeculari litteratura occupatus homo et nullius magisterio in divinis scripturis exercitatus, levioris ponderis sententiam figuravit. Moritur Theodosio et Valentiniano regnantibus.

Cap. LXII.

Cassianus natione Scytha Constantinopoli a Iohanne Magno episcopo diaconus ordinatus apud Masiliam presbyter condidit duo monasteria, id est, virorum ac mulierum, quae usque hodie exstant. Scripsit experientia magistrante, librato sermone, et ut apertius dicam, sensu verba inveniens et actione linguam movens res omnium monachorum professioni necessarias, id est: 'de habitu monachi' et 'de canonica oratione' atque 'psalmodum modo' qui in monasteriis Aegypti die noctaque tenetur, libros quattuor, 'institutionum' librum unum, 'de origine et qualitate ac remediis octo principalium vitiorum' libros VIII, singulas scilicet de singulis vitiis libros expediens; digessit etiam 'collationes cum patribus Aegyptiis habitas', hoc est, 'de destinatione monachi ac fide', 'de discretione', 'de tribus ad serviendum Deo vocationibus', 'de pugna carnis adversum spiritum et spiritus adversus carnem', 'de natura omnium vitiorum', 'de nece sanctorum', 'de mobilitate animae', 'de principalibus', 'de qualitate orationis', 'de iugitate orationis', 'de perfectis', 'de castitate', 'de protectione Dei', 'de scientia spiritali', 'de divinis charismatibus', 'de amicitia', 'de definiendo vel non definiendo', 'de tribus antiquis generibus monachorum et quarto nuper exorto',

8 Bamb. et Bern.: natus Serta      17 Bern.: de canonico orationum modo atque psalmodum, qui ... tenetur

'de satisfactione paenitentiae', 'de remissione Quinquagesimae', 'de nocturnis illusionibus', 'de eo quod dicit apostolus: 'non enim quod volo, facio, bonum, sed quod nolo, malum, hoc ago', 'de mortificatione'; et ad extremum rogatus a Leone archidiacono, postea urbis 5  
Romae episcopo, scripsit adversum Nestorium 'de incarnatione Domini' libros VII et in his scribendi apud Massiliam et vivendi finem fecit Theodosio et Valentiniano regnantibus.

*Cap. LXIII.*

10

Philippus presbyter, optimus auditor Hieronymi, commentatus in Iob edidit sermone simplici librum. Legi eius et 'familiares epistulas' et valde salsas et maxime ad paupertatis et dolorum tolerantiam exhortatorias. Moritur Marciano et Avito regnantibus. 15

*Cap. LXIV.*

Eucherius, Lugdunensis ecclesiae episcopus, scripsit ad Valerianum propinquum 'de contemptu mundi et saecularis philosophiae' epistolam unam scholastico et rationabili sermone. Disseruit etiam ad personam 20  
filiorum, Salonii et Veranii, postea episcoporum, obscura quaeque sanctarum capitula scripturarum, sed et sancti Cassiani quaedam opuscula lato tensa sermone angusto verbi resolvens tramite in unum coëgit volumen aliaque tam ecclesiasticis quam monasticis 25  
studiis necessaria. Moritur Valentiniano et Martiano regnantibus.

1 Bern. addit: 'de fide cenobitae et eremitae' 7 Bamb.: scribendo; Veron.: scribendis 24 Bamb. et Bern.: revolvens 25 Bamb.: quae tamen ecclesiasticis sunt studiis necessaria; Bern.: volumine tam . . .

*Cap. LXV.*

Vincentius, natione Gallus, apud monasterium Levinensis insulae presbyter, vir in scripturis sanctis doctus et notitia ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit ad evitanda hereticorum collegia nitido satis et aperto sermone validissimam disputationem, quam absconso nomine suo attitulavit, 'Peregrini adversus hereticos'. Cuius operis quia secundi libri maximam in schedulis partem a quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu pristino compegit et in uno libro edidit. Moritur Theodosio et Valentiniano regnantibus.

*Cap. LXVI.*

Syagrius scripsit 'de fide' adversum praesumptuosa hereticorum vocabula, quae ad destruenda vel ad immutanda sanctae Trinitatis nomina usurpata sunt, dicentium Patrem non debere Patrem dici, ne in Patris nomine Filius consonet, sed Ingenitum et Infectum ac Solitarium nuncupandum, ut, quicquid extra illum sit persona, extra illum sit et natura, ostendens et Patrem qui eiusdem est naturae, posse dici Ingenitum et scripturam dixisse, ex se genuisse in persona Filium, non fecisse, et ex se protulisse in persona Spiritum sanctum, non genuisse neque fecisse. Sub huius Syagrii nomine septem 'de fide et regulis fidei' libros praetitulatos inveni sed quia lingua variantur, non omnes eius credidi esse.

*Cap. LXVII.*

Isaac, presbyter Antiochenae ecclesiae, scripsit Syro sermone longo tempore et multa, praecipua ta-

10 Bamb.: recapitulatio . . . sensum primo      26 al.:  
linguam variant      30 Bern.: praecipue tamen obscura

men cura adversus Nestorianos et Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiae elegiaco carmine planxit eo auditorum imbuens sono, quo Ephrem diaconus Nicomediae lapsus. Moritur Leone et Maioriano impetrantibus.

5

*Cap. LXVIII.*

Salvianus, Massiliensis presbyter, humana et divina litteratura instructus et, ut absque invidia loquar, episcoporum magister, scripsit scholastico et aperto sermone multa, ex quibus ista legi: 'de virginitatis bono' ad Marcellum presbyterum libros quattuor, 'adversum avaritiam' libros quattuor, 'de praesenti iudicio' libros quinque, et pro eorum merito satisfactionis 'ad Salonium' episcopum librum unum, et expositionis extremæ partis libri Ecclesiastes ad Claudium, episcopum Viennensem, librum unum, 'epistularum' librum unum et in morem Graecorum 'de principio genesis usque ad condicionem hominis' composuit versu quasi hexaameron librum unum, 'homilias' episcopis factas multas, 'sacramentorum' vero quantas, nec recordor. Vivit usque hodie in senectute bona.

*Cap. LXIX.*

Paulinus composuit tractatus 'de initio Quadragesimæ', e quibus ego duos legi, 'de die Dominico paschæ', 'de oboedientia', 'de paenitentia', 'de neophytis'.

*Cap. LXX.*

Hilarius, Arelatensis episcopus, vir in sanctis scripturis doctus, paupertatis amator et erga inopes provisor, non solum mentis pietate, sed et corporis sui labore sollicitus fuit. Nam pro reficiendis pauperibus

3 Bern.: coaditores      7 Bamb.: Silvianus      29 Bern.:  
erga inopum provisionem

etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus et longe aliter educatus, exercuit, sed nec in spiritalibus neglexit. Nam et in docendo gratiam habuit et absque personarum acceptione omnibus castigatum opus praedicationis ingessit. Ingenio vero immortali aliqua et parva edidit, quae eruditae animae et fidelis linguae indicio sunt, in quibus praecipuo et ad multorum utilitatem necessario opere vitam sancti Honorati, decessoris sui composuit. Moritur Valentiniano et Martiano imperantibus.

*Cap. LXXI.*

Leo, urbis Romae episcopus, scripsit 'ad Flavianum', Constantinopolitanae ecclesiae episcopum, adversus Eutychem presbyterum, qui tunc ambitione episcopatus nova in ecclesiam moliebatur inducere, epistolam, in qua admonet eum, ut si confiteretur errorem et polliceretur emendationem, reciperet eum; si autem persisteret in incepto, cum sua heresi damnaretur. Similiter docet in ipsa epistula et divinis confirmat testimoniis, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut paternae divinitatis filium, ita verum humanae naturae esse hominem credendum, id est ex carne Virginis carnem traxisse et non de caelo corpus exhibuisse; sicut et Eutyches asserebat. Moritur Leone et Majoriano imperatoribus.

*Cap. LXXII.*

Mochimus, Mesopotamius apud Antiochiam presbyter, adversus Eutychem egregium librum et alia scribere dicitur, quae necdum legi.

5 Bern.: corpus; Bamb. et Veron.: castigatum ingessit  
7 Bamb.: praecipue      27 Bamb.: Mesopotamenus

*Cap. LXXIII.*

Timotheus, extincto ab Alexandrinis Proterio episcopo, tumultuante adhuc plebe aut voluit aut passus est se ab uno episcopo in locum occisi episcopi fieri. Et ne contra legem factus merito abiceretur a gratia plebis, quae Proterium exosum habuerat, omnes, quibus ille communicaverat, Nestorianos esse pronuntiavit, et maculam conscientiae temeritate abluendam praesumens scripsit ad Leonem imperatorem libellum valde suasorium, quem pravo sensu Patrum testimoniiis in tantum roborare conatus est, ut ad decipiendum imperatorem et suam heresim constituendam paene Leonem, urbis Romae pontificem, et Chalcedonensem synodum ac totos occidentales episcopos illorum adminiculo Nestorianos ostenderet. Sed favente Deo a Chalcedonensi concilio hostis ecclesiae coargutus et confutatus est. Vivere adhuc in exilio iam heresiarches dicitur et habetur.

*Cap. LXXIV.*

Asclepius Afer, in Baiensi territorio vici non grandis episcopus, scripsit adversum Arianos et modo adversum Donatistas scribere dicitur. In docendo autem ex tempore grandi opinione celebratur.

*Cap. LXXV.*

Petrus, Edessenae ecclesiae presbyter, declamator insignis variarum causarum tractatus et in morem sancti Ephrem diaconi psalmos metro composuit.

7 Bern.: quos 10 Bamb.: pravis 14 al.: aliorum  
16 Bern.: coarguitur et confutatur 18 Bern.: haberi  
20 Bamb.: in navigensi territorio vicini grandis; Bern.: in vageni territorio vicinae grandis



*Cap. LXXVI.*

Paulus presbyter, natione, ut ex dictis eius cognovi, Pannonius, scripsit 'de virginitate servanda' et 'contemptu mundi' ac 'vitae institutione vel morum correctione' mediocri sermone, sed divino conditos sale  
5 duos libros ad personam cuiusdam nobilis et Christo deditae virginis, Constantiam, in quibus meminit goviniani, heretici et voluptatum ac libidinum praedicatoris, cui in tantum continentis et castae vitae institutio contraria fuerat, ut inter luxuriosas epulas animam eructaret.  
10

*Cap. LXXVII.*

Pastor, episcopus, composuit libellum in modum symboli parvum totam paene ecclesiasticam credulitatem per sententias continentem, in quo inter ceteras  
15 dissensiones, quas praetermissis auctorum vocabulis anathematizat, Priscillianos cum ipso auctore damnat.

*Cap. LXXVIII.*

Victor Cartennae, Mauritaniae civitatis episcopus, scripsit adversus Arianos librum unum, et 'de paenitentia publicani' libellum unum, in quo et regulam  
20 vivendi paenitentibus iuxta scripturarum auctoritatem instituit, et 'ad Basilium' quendam 'super morte filii' consolatorum libellum spe resurrectionis, perfecta instructione munitum. Homilias etiam composuit mul-  
25

3 Bamb.: Pannonensis      4 Bamb.: correptionum  
5 Bamb.: divino.      Coddidit sane.      7 Bern.: Constantiae nomine  
10 Bern.: animae reputaret beatitudinem      17 Bern.: auctoris nomine  
20 Bern.: Catennae      22 'publicani' deest in Bamb. et Bern.      Bamb.: in quo et regula vivendi paenitentibus

tas, quas a fratribus salutis propriae sollicitis in libros digestas servari cognovi.

*Cap. LXXIX.*

Voconius Castellani, Mauritaniae oppidi, episcopus scripsit adversus ecclesiae inimicos, Iudaeos et Arianos, et alios hereticos. Composuit etiam 'sacramentorum' egregium libellum. 5

*Cap. LXXX.*

Musaeus, Massiliensis ecclesiae presbyter, vir in divinis scripturis doctus et in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus hortatu sancti Venerii episcopi excerpsit ex sacris scripturis lectiones totius anni festivis diebus aptas, responsorio etiam psalmorum capitula temporis et lectionibus congruentia. Quod opus tam necessarium a lectoribus in ecclesia probatur, ut expetitur et sollicitudinem tollat et moram plebique ingerat scientiam, celebritati decorem. Sed et ad personam sancti Eustachii episcopi, successoris supra dicti hominis Dei, 'sacramentorum' egregium et non parvum volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum et temporum, pro lectionum textu psalmorumque serie et cantatione discretum, sed supplicandi Deo et contestandi beneficia eius soliditate sui conteneaneum. 15

Quo opere gravissimi sensus et castigatae eloquentiae agnovimus virum. Homilias etiam dicitur declamasse, quas et haberi a fidelibus viris cognovi, 25

1 Bamb.: libris      4 Bern.: Buconius; Bamb.: Victori-  
nus      10 Bern.: subtilissima quadam exercitatione imbuitus  
17 moram, quae Germanice dicitur: „Langeweile“  
18 Bamb.: decore      24 Bamb.: beneficio; al.: beneficiorum  
Bamb. et Bern.: soliditatis suae

sed ego non legi. Moritur Leone et Maioriano regnantibus.

*Cap. LXXXI.*

Vincentius presbyter, natione Gallus, in divinis  
5 scripturis exercitatus, linguam habens usu loquendi et  
maiore lectione politam commentatus est 'in psalmos'.  
Cuius operis legit aliqua homini Dei Cannati me audiente,  
promittens simul, si Dominus vitam et vires daret,  
se in toto psalterio eodem studio laboraturum.

10 *Cap. LXXXII.*

Cyrus, genere Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho  
monachus, vir dicendi peritus, scripsit adversus Nestorium  
prius eleganter et fortiter, modo autem, dum in illum nimius  
15 invehitur et syllogismis magis quam scripturis agitur,  
Thimotheanum dogma fovere coepit. Denique ambiguus etiam  
sui suspendit animum a consensu Chalcedonensis decreti  
nec acquiescendum putat Filium Dei duabus post incarnationem  
constare naturis.

20 *Cap. LXXXIII.*

Samuel, Edessenae ecclesiae presbyter, multa adversus  
ecclesiae inimicos Syro sermone construere dicitur,  
praecipua tamen intentione contra Nestorianos et Eutychianos  
et Timotheanos novellos, sed sibi  
25 diversos hereticos. Unde et frequenter triformem bestiam  
ecclesiastica in semel sententia cum auctoritate

1 Bamb.: Marciano 7 Bern.: Cannatae 14 Bamb.  
et Veron.: in illo minus invenitur; Bern.: in illo nimius invenitur  
15 Bamb. et Bern.: auctor 24 Bern.: sive ad  
26 Bamb.: ecclesiasticam semel sententiam; Bern. et Veron.:  
ecclesiastica in semel sententia; (in semel — in simul)

acararum scripturarum summatimque ferit ostendens  
istorianis Deum in homine, non purum hominem  
c Virgine natum; Eutychianis, veram humani gene-  
s carnem a Deo assumptam et non de caelo exhibi-  
um nec crassi aeris substantiam in carnem incessisse 5  
ormatam; Timotheanis, ita Verbum carnem factum,  
t manente Verbo in sua substantia et homine in sua  
atura societate, non mixtione unam Filii Dei reddi-  
isse personam. Vivere adhuc apud Constantinopolim  
icitur. Nam initio collati Anthemio imperii et scripta 10  
us et eum esse in carne cognovi.

*Cap. LXXXIV.*

Claudianus, Viennensis ecclesiae presbyter, vir ad  
oquendum artifex et ad disputandum subtilis, compo-  
uit tres 'quasi de statu vel substantia animae' libros, 15  
a quibus agit intentione, quatenus ostendat aliquid  
sse incorporeum praeter Deum.

Scrripsit et alia nonnulla, inter quae et 'hymnum  
e passione Domini', cuius principium est: 'pange  
ingua gloriosi'. Fuit autem frater Mamerti, Viennen- 20  
is episcopi.

*Cap. LXXXV.*

Prosper, homo Aquitanicae regionis, sermone scho-  
asticus et assertionibus nervosus, multa composuisse  
icitur, ex quibus ego chronica nomine illius praeti- 25  
ulata legi continentia a primi hominis condicione  
uxta divinarum scripturarum fidem usque ad obitum  
Valentiniani Augusti et captivitatem urbis Romae a

1 Bamb.: summatim quae fuerit      5 Bamb.: substantia  
n carne incessisse formatum      9 Bamb.: vivit . . . ut dici-  
ur      14 Bern.: ad quaedam satis      15 Bamb.: tres de statu  
6. al.: intentione tota      18 Haec verba: scripsit etc. desi-  
lerantur in Bamb. et Bern.      25 Norimb.: chronicas      Bamb.  
t Bern.: nominis

Genserico, Vandalorum rege factam. Legi et librum  
adversus opuscula sub persona Cassiani, quae eccle-  
sia Dei salutaria probat, ille infamat nociva. Re enim  
vera Cassiani et Prosperi de gratia Dei et libero ar-  
bitrio sententiae in aliquibus sibi contrariae inveniun-  
tur. Epistulae quoque papae Leonis adversus Eutychem  
de vera Christi incarnatione ad diversos datae et ab  
ipso dictatae dicuntur.

*Cap. LXXXVI.*

10 Faustus, ex abbate Lerinensis monasterii apud  
Regium Galliae episcopus, vir in divinis scripturis  
satis intentus, ex traditione symboli occasione accepta  
composuit librum 'de spiritu sancto', in quo ostendit  
eum iuxta fidem patrum et consubstantialem et co-  
15 aeternalem esse Patri et Filio ac plenitudinem Trini-  
tatis obtinentem. Edidit quoque opus egregium de  
gratia Dei, qua salvamur; in quo opere docet gratiam  
Dei semper et invitare et praecedere et adjuvare vo-  
luntatem nostram, et quicquid ipsa libertas arbitrii  
20 pro labore pio mercedis acquisierit, non esse proprium  
meritum, sed gratiae donum. Legi eius et 'adversus  
Arianos et Macedonianos' parvum libellum, in quo  
coessentialem praedicat Trinitatem, et alium adversus  
eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum,  
25 in quo et divinis testimoniis et Patrum confirmat sen-  
tentiam nihil credendum incorporeum praeter Deum.  
Est et eius epistula in modum libelli ad diaconum  
quendam Graecum nomine edita, qui a fide catholica  
discedens ad Nestorianam abiit impietatem. In qua  
30 epistula admonet eum credere sanctam Mariam Virgi-

2 Bamb.: suppresso nomine 3 Bern. et Norimb.: nocua  
8 Bamb.: ab isto dictae conduntur; Bern.: ab ipso dictante  
12 Bamb. et Veron.: extra traditionem 16 Bamb.: Ob id  
etiam edidit 18 Bern.: videre; Bamb.: iuvare 20 Bamb.:  
pii; Norimb.: pia 28 Bamb.: graeco nomine; al.: Gratum

nem non hominem purum genuisse, qui postea susci-  
peret divinitatem, sed Deum verum in homine vero.  
Sunt vero et alia eius scripta, quae, quia necdum  
legi, nominare nolui. Viva tamen voce egregius doctor  
et creditur et probatur. Scripsit postea et ad Felicem  
praefectum praetorii et patriciae dignitatis virum,  
filium Magni consulis, iam religiosam epistolam ad ti-  
morem Dei hortatoriam, convenientem personae pleno  
animo paenitentiam agere disponenti.

*Cap. LXXXVII.*

10

Servus Dei episcopus scripsit adversum eos, qui  
dicunt, Christum in hac vita degentem non vidisse  
carneis suis oculis Patrem, sed post resurrectionem  
ex mortuis et ascensionem in caelos, cum translatus  
est in gloriam Dei Patris, profectus scilicet ei dantis  
et remunerationem martyrii, in qua scriptura ostendit  
et disputatione sua et sacrarum scripturarum testimo-  
niis Dominum Iesum ab ipso eius conceptu per Spi-  
ritum sanctum factum et partum ex Virgine, quo Deus  
verus in homine vero ipse quoque Homo Deus factus  
natus est, semper carnis suae oculis et Patrem vidisse et  
Spiritus sanctum per specialem et unitam dei et hominis  
societatem.

*Cap. LXXXVIII.*

Victorius, natione Aquitanus, calculator scripu-  
lorum, invitatus a sancto Hilario, urbis Romae episcopo,  
composuit 'paschalem cursum' indagazione cautissima

2 Bamb.: et hominem 3 Bamb.: verum sunt Norimb.:  
nondum 6 Norimb.: praetoriae 8 Bern. et Norimb.: Do-  
mini Bern. et Norimb.: continentem personas . . . dispo-  
nentium 11 Dubito sitne Servus episcopi nomen; id excidisse  
mihi videtur, ut scribendum sit: \* servus Dei, episcopus, . . .  
14 Bern. et Norimb.: caelis 16 Norimb.: in 17 Bamb. et Bern.:  
sane sacrarum; Norimb.: sana et 19 Bern. et Norimb.: quod  
22 Bern.: ergo per Bern.: unitatem 25 Bamb.: Aquitanicus  
Bern.: scrupulosus scripturarum; Norimb.: studiosissimus scri-

post quattuor priores qui composuerunt, id est Hippolytum, Eusebium, Theophilum et Prosperum, et tendit annorum seriem usque ad annum quingentesimum trigesimum secundum, ita ut quingentesimo trigesimo tertio anno paschalis reincipiat sollemnitas eodem mense et die eademque luna, qua primum passio ac resurrectio Dominica facta est.

*Cap. LXXXIX.*

Theodorus, Cyri civitatis episcopus, (a Cyro enim, rege Persarum, condita servat hodieque apud Syriam nomen auctoris) dicitur scripsisse multa; ad meam tamen notitiam ista sunt, quae venerunt: 'de incarnatione Domini' adversus Eutychen presbyterum et Dioscurum, Alexandriae episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quae confirmat et ratione et testimoniis scripturarum ita illum maternae veram substantiae carnem habuisse, quam ex matre Virgine sumpsit, sicut et veram deitatem, quam aeterna nascibilitate Deo Patre gignente ipse nascendo accepit. Sunt et decem eius 'historiae ecclesiasticae' libri, quos imitatus Eusebium Caesariensem conscripsit incipiens a fine librorum Eusebii usque ad suum tempus, id est, a vicennialibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus est.

*Cap. XC.*

Gennadius, Constantinopolitanae ecclesiae episcopus, vir lingua nitidus et ingenio acer, tam dives ex lectione antiquorum fuit, ut Danielem prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret. Homilias etiam multas composuit. Moritur Leone seniore imperium tenente.

pulosus 7 Bern.: prima 9 Bamb. et Bern.: Theodorus Bern.:  
Cypriae civitatis provinciae Syriae 28 Norimb.: vicinalibus

*Cap. XCI.*

Theodulus, presbyter in Coelesyria, multa conscripsisse dicitur, sed ad me liber eius venit, quem 'de consonantia divinae scripturae' composuit, id est, veteris et novi testamenti, adversum antiquos hereticos, qui propter differentiam praeceptorum vel caerimoniarum alium veteris testamenti Deum dixerunt, alium novi. In quo ostendit dispensationis fuisse unius eiusdemque Dei, auctoris utriusque scripturae, ut alia per Moysen antiquis daretur in sacrificiorum caerimoniis et iudiciorum animadversionibus, alia nobis per Christi praesentiam in sacris mysteriis et futuris repromissionibus; nec diversa credi debere aut non uno spiritu et uno auctore dictata, cum illa lex, quae si modo secundum litteram observetur, occiderit, eadem ipsa secundum spiritalem intellectum vivificet.

Moritur hic scriptor regnante Zenone.

*Cap. XCII.*

Sidonius, Arvernorum, episcopus, scripsit varia et grata opuscula, et sanae doctrinae homo siquidem tam divinis quam humanis ad integrum imbutus acerrime ingenio scripsit ad diversos diverso metro vel prosa compositum epistularum insigne volumen, in quo, quid in litteris posset, ostendit. Verum in Christiano vigore pollens etiam inter barbarae ferocitatis duritiam quae eo tempore Gallos oppresserat, catholicus pater et doctor habetur insignis. Floruit ea tempestate, qua Leo et Zeno Romanis imperabant.

*Cap. XCIII.*

Iohannes, Antiochiae parochiae ex grammatico presbyter, scripsit adversum eos, qui in una tantum

2 Bern.: Theodorus Norimb.: dicere 6 Norimb.: ceremonialium 15 Bern.: occidat 19 hoc caput, quod in aliis codicibus non invenitur, est in Norimbergensi 23 Norimb.:



substantia adorandum asserunt Christum, nec acquiescunt duas in Christo confitendas naturas, docens secundum relationem scripturarum unam in illo Dei et Homini personam esse, non unam carnis et Verbi naturam. Simul et impugnat aliquos Cyrilli, Alexandrini episcopi, sententias dicens incaute ab illo adversus Nestorium prolatas, quae fomentum et robur addunt Timotheanis; quod valde inaniter dicit. Vivere adhuc dicitur et ex tempore declamare.

10

*Cap. XCIV.*

Gelasius, urbis Romae episcopus, scripsit adversus Eutychen et Nestorium grande et praeclarum volumen et tractatus diversarum scripturarum et sacramentorum delimitato sermone et adversus Petrum et Acacium scripsit epistulas, quae hodie in ecclesia tenentur catholica. Fecit et hymnos in similitudinem Ambrosii episcopi. Obiit sub Anastasio Augusto.

15

*Cap. XCV.*

Honoratus, Constantinae Africae civitatis episcopus, scripsit ad Arcadium quendam, qui pro confessione fidei catholicae in partibus Africae a Genserico rege missus exulabat, epistulam ad labores pro Christo ferendos hortatoriam et exemplis praesentibus et scripturarum relationibus roboratam, et quod confessionis fidei perseverantia non solum praeterita purget peccata, sed et meritum procuret martyrii.

25

*Cap. XCVI.*

Cerealis episcopus, natione Afer, interrogatus a Maximino, Arianorum episcopo, si posset vel paucis

prosa versu 8 Bern: revelationem 7 Bern.: quae nunc  
14 Bern. et Norimb.: Achaicum 17 Norimb. addit: amete (?)  
quos ego legi

scripturae divinae testimoniis absque disputationis dumtaxat assertione fidem catholicam assignare, quam ille in nomine Domini, suffragante sibi veritate, non paucis testimoniis, sicut Maximinus irridens petierat, sed copiosis tam veteris, quam novi testamenti indiciiis approbavit et libello edidit. 5

*Cap. XCVII.*

Eugenius, Carthaginensis Africae civitatis episcopus et confessor publicus, admonitus ab Hunerico, Vandalorum rege, catholicae fidei expositionem et maxime verbi 'homousii' proprietatem disserere, cum consensu omnium Africae Mauritaniae et Sardiniae atque Corsicae episcoporum et confessorum, qui in catholica permanserunt fide, composuit librum fidei non solum sanctarum scripturarum sententiis, sed et patrum testimoniis munitum, et per collegas confessionis suae porrexit. Iam vero asportandus pro fidelis linguae remuneratione in exsilium epistulas, velut commonitoria fidei et unius sacri et conservandi baptismatis ovibus suis, quasi pastor sollicitus, dereliquit. 'Altercationes' quoque, quas cum Arianorum praesulibus per internuntios habuit, conscripsit et relegendas per maiorem domus Hunerico transmisit. Similiter et 'preces' pro quiete Christianorum eidem velut apologias obtulit. Vivere adhuc ad confirmationem ecclesiae dicitur. 25

*Cap. XCVIII.*

Pomerius, natione Maurus, in Gallia presbyter ordinatus, interrogantibus et rogantibus Iuliano episcopo Vero presbytero, dialogorum more respondens, arte dialectica et sermone ingenioque aperto composuit 'de natura animae et qualitate' eius, et de resur-

2 exspectatur pron. demonstrativum 17 Norimb.: asportandum etiam pro . .

rectione et de specialitate eius in hac vita fidelium et generali omnium hominum libros VIII; quorum primus continet, quid sit anima vel qualiter ad imaginem Dei credatur facta; secundus, utrum anima corporea an incorporea debeat credi; tertius, unde sit anima primi hominis facta; quartus, utrum anima, quae nascituro corpori infundenda est, nova fiat et sine peccato, an ex substantia primi hominis, velut propago de radice producta etiam peccatum primae animae secum originaliter trahat; quintus recapitulationem libri quarti disputationis, et quae sit facultas animae, id est, possibilitas, et quod eam ex una et sincera voluntate obtineat; sextus, unde sit iuxta apostoli dictum adversitas carnis et spiritus; septimus de differentia vitarum, mortium, resurrectionum carnis et animae; octavus de his, quae sub fine mundi futura praedicata sunt, absolutiones quaestionum, quae de resurrectione proponi solent. Memini legisse me olim eius dictatum ad quendam, nomine 'Principium', 'de contemptu mundi ac rerum transitarum' hortatorium, et alium 'de vitiis et virtutibus' praetitulatum. Scripsisse dicitur et alia et adhuc scribere, quae ad meam notitiam non venerunt. Vivit usque hodie conversatione Deo digna, apta professione et gradu.

25

*Cap. XCIX.*

Ego Gennadius, Massiliae presbyter, scripsi 'adversum omnes hereses' libros VIII, et 'adversum Nestorium' libros VI, et 'adversum Eutychen' libros VI, et 'adversum Pelagium' libros tres, et 'tractatus de mille annis', 'de Apocalypsi beati Iohannis' et hoc opus, et epistolam 'de fide mea' misi ad beatum Gelasium, urbis Romae episcopum.

5 Norimb.: dici      12 Bern.: singulari







3 2044 074 330 3

CONSERVED  
1/2005 848  
HARVARD COLLEGE  
LIBRARY

